עד אליהו ויהי בעלות המנחה ויגש אליהו הנביא ויאמ׳ יי׳ אלהי אברהם יצחק וישראל היום יורע כי אתה אלהים בישראל ואני עברך וגו׳. בי יורן אמר עד חזקיהו לסרבה המשרה ולשלום אין קץ. אמר רבי אחא זכות אבות לעולם קיימת כי אל רחום יי׳ אלהיך וגו׳ עד׳ ולא ישכח את ברית אבותיך. מלמד שהברית ברותה לשבטי׳. רבי יורן בר חנן בשם רבי ברכיה אמר הקב״ה לישראל בני אם ראיתם זכות אבות שמטה וזכות אימהות שנתמוטטה לכו והירבקו בחסר. מה טעמא כי ההרים ימושו והגבעות תמוטינה. כי ההרים ימושו זה זכות אבות. והגבעות תמוטינה זו זכות אימהות מיכן והילך וחסרי מאיתך לא ימוש וברית שלומי לא תמוט אמר מרחמך יי׳. האפיקורוס. רבי יוחנן ורבי לעזר חד אמר בהן דאמר אהן ספרא. וחרנה אמר כהן דאמר אילין רבנין. רבי אלעזר ורבי שמואל בר׳ נחמן. חד אמר לכיפה של אבנים כיון שנתרועעה אחת מהן נתרועעו בולן. וחרנה אמר לבית שהוא מלא תבן אף על גב דאת מעבר ליה מינה אהן מוצא דבנויה הוא מרערע כתליא. רב אמר קרה עשיר גדול היה תיסבריו של פרעה נגלה לו בין מגדול ובין הים. רב אמר קרח אפיקרסי היה מה עשה עמד ועשה טליו׳ שכולן תכלת אתא גבי משה אמר ליה משה רבינו טלית שכולה תכלת מהו שתהא חייבת בציצית. אמר לו חייבת דכתיב גדילים תעשה לך וגו׳. בית שהוא מלא ספרים מהו שיהא חייב במז וזה אמר לו חייב במזוזה דכתיב וכתבתם על מזוזות ביתך וגו׳. אמר לו בהרת כגרים מהו אמר לו טמא. פרחה בכולו. אמר לו טהור. באותה שעה אמר קרח אין תורה מן השמים ולא משה נביא ולא אהרן כהן גדול. באותה השעה אמר משה רבון כל העולמים אם נברא

patrum in æternum ſervabuntur. Dictum eſt enim *Deut.* IV. 31. *Quia Deus miſericors Dominus Deus tuus &c.* Uſque ad locum. *Neque obliviſcetur pacti, in quo juravit patribus tuis.* Docet, quod fœdus percuſſum fuerit cum tribubus. R. Jodan bar Chanen nomine R. Berachia: dixit Deus S. B. Iſraelitis: Filii mei ſi inſpicietis merita patrum, quod vacillent, & merita matrum quod vacillent venite, & quærite miſericordiam: Qua de cauſa? Quia dictum eſt *Iſai.* LIV. 10. *Montes enim commovebuntur, & colles contremiſcent*: *Montes enim commovebuntur.* Iſta ſunt merita patrum: *Et colles contremiſcent.* Iſta ſunt merita matrum: Hinc & ulterius. *Miſericordia autem mea non recedet a te, & fœdus pacis meæ non movebitur; dicit miſerator tuus Dominus.* Ibid. Epicuræus. R. Jochanan, & R. Elieſer; alter dicit: Sacerdos qui dicat: illi ſunt ſcribæ: Et alter dicit: Sacerdos qui dicit, illi ſunt ſapientes. R. Elieſer, & R. Samuel bar Nachman. Alter dicit; In arcam lapidum; Si unus ex iis frangatur, franguntur omnes: Et alter dicit: in domum plenam paleæ; Licet eam inde removeas, deprehenditur, quod ubi fuerit, rumpatur ejus paries. Rab dicit: Corah ditiſſimus erat; Theſauros Pharaonis invenit inter Migdal, & mare. Rab dicit: Corah erat Epicureus; quid fecit? Conſiſtens fecit Taleth totum hycinthinum, veniens ad Moſen ei dixit: Moſe magiſter noſter: Si Taleth fuerit totus hyacinthinus, num obligatur ad fimbrias? Reſpondit illi: obligatur; Scriptum eſt enim *Deut.* XXII. 12. *Fila facies tibi &c.* Si domus fuerit plena libris, num obligatur ad Meſuſam? Reſpondit illi: Obligatur ad Meſuſam: Dictum eſt enim *Deut.* VI. 9. *Et ſcribes ea in poſtibus domus tuæ &c.* Dixit illi: Papula in quantitate fabæ freſſæ num polluit, ſi undequaque effloreſcat? Reſpondit illi: Munda eſt. Tum dixit Corah: Non eſt lex de cœlo, neque Moſe eſt propheta, neque Aharon eſt Sacerdos magnus. Tum dixit Moſe: Domine mundorum; ſi creatum eſt os terræ ab ſex diebus in principio, ecce bonum eſt: Si minus, nunc creetur: *Sin autem creatione creabit Dominus. Num.* XVI. 30. Dicit R. Simeon ben Lakiſch: Tres negarunt in prophetiis ſuis propter iracundiam; & iſti ſunt Moſe, Elias, & Michæa. Moſe dixit. *Num.* loc. cit. *Si conſueta morte interierint iſti &c.* Elias dixit 1. *Reg.* XVIII. 37. *Exaudi me Domine, exaudi me, ut diſcat populus iſte; Sin autem. Et tu convertiſti cor eorum iterum.* Michæa dicit: *Si revertendo revertetur in pace, non locutus eſt Dominus*

לארץ פה מששת ימי בראשית הרי מוטב. ואם לאו יברא לה מעכשיו. ואם בריאה יברא יי'. אמר רבי שמעון בן לקיש שלשה כפרו בנבואתן מפני פונרייה ואילו הן משה ואליהו ומיכה. משה אמר אם כמות כל האדם ימותון אלה וגו'. אליהו אמר עניני יי' עניני וידעו העם הזה. ואם לאו ואתה הסיבות את לבם אחורנית. מיכה אמר אם שוב תשוב בשלום לא דיבר יי' בי. וירדו הם וכל אשר להם חיים שאולה. רבי ברכיה בשם רבי חלבו אף שמותיהם פרחו מתוך טמסותיהם. אמר רבי יוסי בר חנינה אפילו מחט שהיתה שאולה ביד ישראל מידם אף היא נבלעה עמהן דכתיב וירדו הם וכל אשר להם חיים שאולה. ומי נתפלל עליהם. רבי שמואל בר נחמן אמר משה נתפלל עליהם יחי ראובן ואל ימות. רבי יהושע בן לוי אמר חנה נתפללה עליהן. היא דעתיה דרבי יהושע בן לוי דאמר רבי יהושע בן לוי בשם רבי יוסי כך היתה של קרח שוקעת ויורדת עד שעמדה חנה ונתפללה עליהם ואמרה יי' ממית ומחיה מוריד שאול ויעל. רבי עקיבה אומר אף הקורא בספרים החיצונים כגון סיפרי בן סירא וסיפרי בן לענה. אבל סיפרי המירם וכל ספרים שנכתבו מיכן והילך הקורא בהן כקורא באיגרת. מאי טעמא ויותר מהמה בני היזהר וגו' להגיון ניתנו. ליגיעה לא ניתנו. דברי חכמים כדרבונות. אמר רבי חונה בדרור נאות. תמן קריין למרגליתא דירה. דבר אחר כדרבונות בכדור הזה בין הבנות. מה הכדור הזה מקלטת מיד ליד וסיפה לנוח ביד אחד. כך משה קיבל תורה מסיני ומסרה ליהושע ויהושע לזקינים וזקיני' לנביאי' ונבאים מסרוה לאנשי כנסת הגדולה. דבר אחר כדרבונות. שלשה שמות יש לו מרדע דרבן ומלמד. מרדע שהוא מורה דיעה בפרה. דרבן שהוא משרה בינה בפרה. מלמד שהוא מלמד את הפרה לחרוש בשביל ליתן חיים לבעליה. אמר רבי חמא בר חנינה אם לפרתו עושה אדם דרבן. ליצרו הרע שהוא מעבירו מחיי העולם הזה ומחיי העולם הבא על אחת כמה וכמה. וכמסמרות נטועים. ולמה לא אמר ובמסמרות קבועים וכאילנות נטועים. בחרו להם הברזל ושיבחו המטע. דבר אחר וכמסמרו' נטועי'. מה המסמר הזה את קובעו אף על

nus in me. *Et deſcenderunt ipſi, & omnis ſubſtantia eorum, vivi in infernum*. R. Berachia nomine R. Cholbo: Nomina quoque eorum effugerunt ex eorum libris. Dicit R. Joſe bar Chanina; etiam acus, ſiquis Iſraelita ab iis mutuo quæſierit, abſorta fuit cum ipſis: Scriptum eſt enim: *Et deſcenderunt ipſi, & omnis ſubſtantia eorum, vivi in infernum*: Et quis oravit pro illis? R. Samuel bar Nachman dicit: Moſe oravit pro illis. *Vivat Ruben, & non moriatur Deut.* XXXIII. *6*. R. Jehoſua ben Levi dicit: Anna oravit pro illis. Hæc eſt opinio R. Jehoſua ben Levi; etenim dicit R. Jehoſua ben Levi nomimine R. Joſe; Hæc erat opinio Corah, quod in profundum deprimeretur, & deſcenderet, donec ſurgeret Anna, & oraret pro illis dicens: *Dominus mortificat, & vivificat, deducit ad inferos & reducit*: 1. *Sam.* II. *6*. R. Akiba dicit: Ille quoque, qui legit libros extraneos; e. g. libros ben Sira, & libros ben Labana. At libros Amiram & omnes libros, qui ſcripti fuerint hinc & ulterius, ſi quis eos legat, reputatur perinde ac legat epiſtolam: Qua de cauſa? Quia dictum eſt *Eccleſiaſt.* XII. 12. *His amplius fili mi ne requiras &c.* Ad meditandum dati ſunt; ad oblectandum non dati ſunt. *Verba ſapientum ſicut ſtimuli.* Ibid. Dicit R. Huna: Sicut ſtimulus elegans: Et ibi Margaritas vocarunt Dirah. Alia expoſitio. *Sicut ſtimuli*. Sicut iſta pila inter filias: Sicut iſta pila recipitur de manu in manum, & finis ejus eſt, ut in una manu relinquatur; Ita pariter Moſe accepit legem de Sinai, eamque tradidit Joſue, & Joſue Senioribus, & Seniores prophetis, & prophetæ eam tradiderunt viris Synagogæ magnæ; Alia expoſitio: *Sicut ſtimuli*: Tria ſunt illi nomina, ſc. מרקע דרבן ומלמד Dicitur מרדע, quia docet intelligentiam vaccam; דרבן, quia facit habitare intellectum in vacca; למטר, quia docet vaccam arare, ut det vitam dominis ſuis. Dicit R. Chama bar Chanina; Homo vaccæ facit ſtimulum; concupiſcentiæ malæ, quæ traducit a vita hujus ſeculis, & a vita ſeculi futuri, nonne multo magis? *Et quaſi clavi in altum plantati. Eccleſiaſt.* ibid. Et cur non dictum eſt: Et quaſi clavi affixi, & quaſi arbores plantatæ? Elegerunt illis ferrum, & laudarunt plantam. Alia expoſitio: *Et quaſi clavi plantati*: Etenim ſi clavum hunc figant, licet illum iterum auferant de loco ſuo, tamen cognoſcitur ejus locus, ita pariter qui extendunt manus ſuas, multiplicant in eo manum, li-

פי שאת הוזר ונוטלו ממקומו מקומו מקומו
ניכר כך כל מי שפשטו ידיהם הרבים בו
יד אף על פי שחזרו וקרבו אותו סופו ליטול
אתשלו מתחת ידיהם. דבר אחר וכמסמרות
נטועים . משמרות כתיב . מה משמרות
עשרים וארבעה . אף המסמרים עשרים
וארבעה . כמה מסמרים יהו בו. רבי יוחנן
אמר חמשה כנגד חמשה חומשי תורה. רבי
חיננא אמר שבעה וכימיך דבאך . דרש רבי
אחא בשם רבי חנינה תשעה . רבי היה
נותן אחד עשר על זה ושלשה עשר על זה.
מניין משמרות . רבי יוסי בן הנינה אמר
בלגת אינה עולה לחשבון מסמרים. רבי בא
בר זכדא בעא קומי רבי זעירא מהו ליתן
כולן על גבי מנעל אחד. אמר ליה שרי .
מהו ליתן כולן על גבי סנדל אחד . אמר
ליה שרי . תני אין מגרדין סנדלים ומנעלים
ישנים אבל סכין ומריחין אותן. רבי קריספא
בשם רבי יוחנן תלמידוי דרבי חייה רבה
אמרין הראשונים היו אומרים מגרדין .
שניים היו אומרים אין מגרדין. שאלון לרבי
אמר לון אין מגרדין . אמר רבי זעורה הא
אזילה חדא מן תלמידוי דרבי חייה רבה .
אמר רבי חייה בר אשי נהגין הוינא יתבין
קומי רב ומשחון ומשינין אבל לא מגרדין.
תני לא ילבש אדם מנעלים וסנדלים
חדשים אלא אם כן הילך בהן מבעוד יום.
כמה יהא בהילוכן. בני בייתיה דבר קפרא
אמרין מן דבית דבר קפרא עד בית רבה
דרבי הושעיה . ציפוראי אמרין מכנישתא
דבבלאי עד דרתה דרבי חמא בר חנינה.
טיבראי אמרין מן סידרא רבה עד חנותיה
דרבי הושעיה . תני לא יסוך אדם מנעלים
וסנדלים חדשים . לא יסוך אדם את רגלו
והיא בתוך המנעל ואת רגלו והיא בתוך
הסנדל . אבל סך הוא את רגלו ונותנה
בתוך המנעל את רגלו ונותנה לתוך הסנדל.
סך אדם שמן ומתעגל על גבי קטיבלייא
חדשה ואונו חושש . לא יתנה על גבי
טבלה של שיש להתעגל עליה. רבן שמעון
בן גמליאל מתיר . דבר אחר וכמשמרות
נטועים . בשעה שדברי תורה יוצאין מפי

licet iterum admoveant, finis ejus erit, ut quod suum est accipiat per eorum manus. Alia expositio. *Et quasi clavi plantati*: משמרות scriptum est: Sicut custodiæ erant quatuor & viginti, ita pariter clavi erant quatuor & viginti: Quot erant clavi? R. Jochanan dicit: Quinque contra quinque libros legis. R. Chinna dicit: Septem; *Sicut dies juventutis tuæ. Deut.* XXXIII. 25. Exponit R. Acha nomine R. Chanina novem. R. Chijah statuit undecim in hoc ordine, & tredecim in illo ordine. Unde probatur de custodiis? R. Jose ben Chanina dicit: Bilga non adscendebat in numerum clavorum. R. Bo bar Zehira quæsivit coram R. Zehira: Num statuere licet omnes super uno calceo? Respondit illi: Permittitur. Num statuere licet omnes in uno sandalio? Respondit; licet. Traditio. Non abradunt sandalia, & calceos veteres, sed ungunt, & madesaciunt Chariepha nomine R. Jochanan: Discipuli R. Chijah Raba dicebant: Priores dicebant: Abradunt: Secundi dicebant: Non abradunt. Quæsierunt a Rabi: Respondit: Non abradunt: Dicit R. Zehira: venit unus ex discipulis R. Chijah Raba. Dicit R. Chijah bar Asse: Solent assidere coram Rab, & ungunt & apprehendunt at non abradunt. Traditio. Nequis induat calceos & sandalia nova, nisi prius interdiu in illis incesserit: Quantum cum illis incedant? Domestici bar Kaphra dicebant; ex domo magna bar Kaphra usque ad domum magnam R. Osajah. Tsipporienses dicebant: A Synagoga Babyloniorum usque ad habitationem R. Chama bar Chanina. Tiberienses dicunt ab Academia magna usque ad hospitium R. Osajah. Traditio: Nequis ungat calceos, & sandalia nova: Nequis ungat pedem suum, quando sit intra calceum, & pedem suum, quando sit intra sandalium; At unget pedem suum, & postea indet intra calceum, & pedem suum, & postea indet intra sandalium. Poterit quis se ungere oleo, & se convolvere super culcitra nova; & non erit solicitus: Non dabit super tabula marmorea, ut in ea convolvatur. Raban Simeon ben Gamaliel permittit. Alia expositio. *Quasi clavi plantati*: Quando verba legis egrediuntur ex ore dominorum suorum juxta eorum institutum, sunt dulcia illis, qui ea audiunt: *Quasi clavi plantati*: At quando illa exeunt dissoluta, sunt amara illis, qui ea audiunt, sicut clavi: *Præsides congregationum*: Non sunt congregationes, nisi Synhedria: Sicut dictum est *Num.* XI. 17. *Congre-*

בעליהן כתיקנן הן עריבין לשומעיהן . כמססרות נטועים . ובשעה שהם יוצאין ממוססין הם מרים לשומעיהן כמסמרות . בעלי אסופות . אין אסופות אלא סנהדרין כמה דתימר אספה לי שבעים איש מזקני ישראל. דבר אחר בעלי אסופות שנאמרים באסיפה . אמר רבי שמעון בן לקיש אם יאמר לי אדם שיש דברי הימים בבבל הרי אני הולך ומביאו משם. ועכשיו אם מתכנסין אם כל רבותינו אין יכולין הן להביאו משם. ניתנו מרועה אחד. אמר הקב֗ה אם שמעתה דבר מפי קטן ישראל והנייך לא יהא בעיניך כשומעו מפי קטן אלא בשומעו מפי גדול . ולא כשומעו מפי גדול אלא כשמעו מפי חכם . ולא כשמעו מפי חכם אלא כשומעו מפי נביא ולא כשומעו מפי נביא אלא בשומעו מפי רועה . ואין רועה אלא משה . כמה דתמר ויזכר ימי עולם משה עמו איה המעלם מים את רועה צאנו איה השם בקרבו את רוח קדשו . לא כשמעו מפי רועה אלא כשמעו מפי הגבורה. ניתנו מרועה אחד . ואין אחד אלא הקב֗ה. כמה דתמר שמע ישראל יי׳ אלהינו יי׳ אחד . והלוחש על המכה ואומר כל המחלה אשר שמתי במצרים לא אשים עליך כי אני יי׳ רופאך . רב אמר ובלבד ברוקק. רבי יהושע בן לוי אמר אפילו אמר נגע צרעת כי תהיה באדם ורוקק אין לו חלק לעתיד לבוא . אבא שאול אומר אף ההוגה את השם באותותיו . רבי מנא אמר בגון אילין כותאי דמשתבעין. רבי יעקב בר אחא אמר נכתב ביו֗ד הא֗ ונקרא באל֗ף דל֗ת .

הלכה ב׳ שלשה מלכים וארבעה הדיוטות כו׳ . וכולהם חידשו עבירות. וכי מה עשה ירבעם . על שעשה שני עגלי זהב והלא כמה עגלים עשו ישראל . תני ר֗ש בן יוחי שלשה עשר עגלים עשו ישראל ואחד דימוסיא לכולן . ומה טעמא ויאמרו אלה אלהיך ישראל הרי לשנים עשר שבטים זה אלהיך הרי דימוסיא אחת לכולן . וכי מה עשה אחאב. כתיב ויהי הנקל לכתו בחטאות ירבעם בן נבט . והלא קולותיו של אחאב הם כחומרותיו של ירבעם . ולמה נמנה ירבעם תחילה שהוא התחיל בקלקלה תחילה .

grega mihi septuaginta viros. Alia expositio: *Præsides congregationum*; qui memorati sunt in congregatione. Dicit R. Simeon ben Lakisch; Siquis mihi dicat; Est liber Paralipomenon in Babylone; Ecce ego vadam, ut inde adducam: At nunc si congregentur omnes magistri nostri, inde adducere non poterunt. *Data sunt a pastore uno*: Ibid. Dicit Deus S. B. Si audieris verbum ex ore pueri Israelitæ, & tibi placeat, non reputabitur in oculis tuis perinde ac audieris ex ore pueri, sed quasi audieris ex ore majorennis; non solum perinde ac audieris ex ore majorennis, at quasi audieris ex ore sapientis; non solum perinde ac audieris ex ore sapientis, sed quasi audieris ex ore prophetæ; Non solum perinde ac audieris ex ore prophetæ, sed quasi audieris ex ore pastoris; At pastor non est nisi Mose. Sicut dictum est *Isai.* LXIII. 11. *Et recordatus est dierum seculi Mose, & populi sui: Ubi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? Ubi est qui posuit in medio ejus spiritum sancti sui?* Non solum perinde ne audierit ex ore pastoris, sed quasi audierit ex ore Dei. *Data sunt a pastore uno*. At unus non est nisi Deus S. B. Sicut dictum est *Deut.* VI. 4. *Audi Israel Dominus Deus noster, Dominus unus est*. Qui adsussurrat plagæ dicens: *Omnem morbum, quem imposui Ægyptiis, non imponam tibi; nam ego Dominus medens tibi. Exod.* XV. 26. Rab dicit: Dummodo fiat exspuendo. R. Jehosua ben Levi dicit. Vel si dicat: Plaga lepræ si fuerit in homine; & exspuat, non habet partem in seculo futuro: Aba Saul dicit: Ille quoque qui pronunciat nomen Divinum literis suis. R. Mena dicit: Sicut isti Cuthæi, qui jurabant. R. Jacob bar Acha dicit: Scribitur cum יו֗ד & הא֗ & legitur cum אל֗ף & דל֗ת.

Constitutio II. Tres reges, & quatuor idiotæ &c. Et omnes isti innovarunt peccata. At quid fecit Jeroboam? Quia fecit duos vitulos aureos; At quot vitulos fecerunt Israelitæ? Docet R. Simeon ben Jochai. Tredecim vitulos fecerunt Israelitæ, & una forma erat omnibus. Quænam est ratio? Quia dictum est *Exod.* XXI. 4. *Et dixerunt: Hi sunt dii tui Israel*. Ecce duodecim tribubus: *Hic est Deus tuus*: Ecce forma una omnibus. Quid fecit Achab? Scriptum est 1. *Reg.* XVI. 30. *Non suffecit ei, ut ambularet in peccatis Jeroboam, filii Nabath*: Atqui leviora peccata Achab sunt quasi peccata graviora Jeroboam. Cur numeratur Jeroboam in principio? Quia incepit corruptionem in principio.

מה הוה אחאב עביד הוה מקשט גרמיה בכל יום וקאים ליה קומי חיאל אסרטי לטיה והוא אמר ליה בכמה אנא טב יומא דין והוא אמר ליה כן וכן והוא מפריש טימיתיה לעבודה זרה. הרא הוא דכתיב יען התמכרך לעשות הרע בעיני יי׳. רבי לוי עבד דרש הדין קרייא אשתא ירחין לגנאי רק לא היה כאחאב אשר התמכר לעשות הרע בעיני יי׳. אתא לגביה בליליא אמר ליה מה חטית לך ומה סרחית קדמך. אית לך רישיה דפסוקא ולית לך סופיה אשר היסתה אותו איזבל אשתו. עבד דרש ליה שיתא ירחין לשבח רק לא היה כאחאב אשר היסתה אותו איזבל אשתו. כתיב בימיו בנה חיאל בית האלי את יריחו באבירם בכורו יסדה ובשגוב צעירו הציב דלתיה חיאל מן יהושפט יריחו מבנימן אלא שמגלגלין זכות על ידי זכאי וחובה על ידי חייב. וכן הוא אומר באבירם בכורו יסדה ובשגוב צעירו הציב דלתיה. באבירם בכורו לא היה מאין ללמד. ובשגוב הרשע היה לו מאין ללמד. לפי שרצו לרבות את ממונן ושלטה בהן מאירה והיו תמתוטטין והולכין לקיים מה שנאמר כדבר יי׳ אלהי ישראל אשר דבר ביד יהושע בן נון. כתיב ויאמר אליהו התשבי מתושבי גלעד אל׳ אחאב חי יי׳ אלהי ישראל אשר עמדתי לפניו אם יהיה השנים האלה טל ומטר כי אם לפי דברי. וכי מה עניין זה אצל זה. אלא אמר הקב״ה לאליהו הדין חיאל גברא רבא הוא איזיל חמי ליה אפין. אמר ליה לי נה מיזל. אמר ליה למה אמר ליה דנא מיזל ויגון אמרין מילין דמכעסין לך ולינה יכול מיסבול. אמר ליה ואין אמרין מילה דמכעסה לי כל מה דאת גזר אנא מקיים אזל ואשכחון עסיקין בהן קרייא וישבע יהושע בעת ההיא לאמר ארור האיש לפני יי׳ אשר יקום ובנה את

Quid fecit Achab? Se ornabat quotidie, & se statuebat coram Hiel in platea ad maledicendum, & ipse dicebat; quantum ego valeo hodie? Et ipse dicebat; sic & sic; & ipse separabat pretium suum pro Idololatria. Hinc scriptum est I. Reg. XXI. 20. *Inveni eo quod venundatus sis ut faceres malum in conspectu Domini*. R. Levi exposuit hunc textum sex mensibus in dedecus. *Igitur non fuit alter talis, qui venundatus est ut faceret malum in conspectu Domini*. Ibid. Venit ad eum nocte, dicens illi: Quid peccavi tibi, & quid perverse egi coram te? explicas principium textus; & non explicas finem? *Et seduxit eum Jezabel uxor ejus*. I. Reg. XXI. 25. Tum exposuit in ejus laudem sex mensibus. *Igitur non fuit alter talis sicut Achab, quem seduxit Jezabel uxor ejus*. Scriptum est I. Reg. XVI. 34. *In diebus ejus ædificavit Hiel, & Bethel, Jericho: in Abiram primogenito suo fundavit eam, & in Segub novissimo suo posuit portas ejus*. Hiel ex Josaphath, Jericho ex Benjamin; At ratio est, quia devolvantur merita per merentem, & peccatum per peccatorem: Idcirco dictum est: *In Abiram primogenito suo fundavit eam, & in Segub novissimo suo posuit portas suas*: In Abiram primogenito suo non fuit, ut inde addisceret: & in Segub impio fuit, ut inde addisceret? Quia voluerunt multiplicare opes, & dominari illis cum timore, ipsi declinarunt & abierunt, ut observaretur quod dictum est ibid. *Juxta verbum Domini Dei Israel, quod locutus fuerat per manum Josue filii Nun*. Scriptum est I. Reg. XVII. I. *Et dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab: Vivit Dominus Deus Israel, in cujus conspectu sum; si erit annis his ros & pluvia, nisi juxta verba mea*: Qua de causa hoc factum prope illud? At dixit Deus S. B. Eliæ. Iste Hiel est vir magnus? Vade ostende illi faciem. Respondit; Non vadam. Respondit: Cur dicis; non vadam? Si illi dicant aliquid, quod me ad iracundiam excitet, quod tu statueris, ego confirmabo: Abiit, & invenit eos occupatos in hoc textu. *In die illo imprecatus est Josue dicens: Maledictus vir coram Domino, qui suscitaverit, & ædificaverit Jericho. In primogenito suo fundamenta illius jaciat, & in novissimo liberorum ponat portas suas*. Josue VI. 25. Dixit. Benedictus sit Deus noster, qui justificat, & confirmat verba justorum: At ibi erat Achab. Dixit illis Achab: Quis major me est Mose, an Josue? Dixerunt illi: Mose. Respondit illis: In lege Mosis scriptum est *Deut.* XI. 17.

העיר הזאת את יריחו בבכורו ייסדנה ובצירו יציב חלהיה. אמר בריך הוא אלההון רצדיקייא דמקיים מילי רצדיקא. והוה תמן משה או יהושע. אמרין ליה ליה משה אמר לון בתורתו של משה כתוב השמרו לכם פן יפתה לבבכם וסרתם ועבדתם אלהים אחרים והשתחויתם להם. ומה כתיב בתריה וחרה אף יי' בכם ועצר את השמים ולא יהיה מטר. ולא הינחתי עבודה זרה בעולם שלא עבדתי איתה וכל טבן ונחמן דאירת בעלמא אתון בדרי. מילוי דמשה לא קמן ומילוי דיהושע מקים. אמר ליה אליהו אם כדבריך חי יי' אלהי ישראל אשר עמדתי לפניו אם יהיה השנים האלה טל ומטר כי אם לפי דברי. כיון ששמע כן התחיל בוכה. הרא היא דכתיב ויהי בשמוע אחאב את הדברים האלה ויקרע את בגדיו וישם שק על בשרו ויצום וישכב בשק ויהלך אט. כמה נתענה שלש שעות נתענה. אם היה לוכל בשלש אכל בשש. אם למוד לוכל בשש אכל בתשע. ויהלך אט. מהו אט רבי יהושע בן לוי אמר שהיה מהלך יחף. כתיב ויהי דבר יי' אל אליהו התשבי לאמר. הראית כי נכנע אחאב מלפני. אמר הקב״ה לאליהו ראה מנה טובה שנתתי בעולמי אדם חוטא לפניי כמה ועושה תשובה ואני מקבלו. הדא היא דכתיב הראית כי נכנע אחאב מלפני. חמית אחאב תשובה. יען כי נכנע אחאב מפני לא אביא הרעה בימיו בימי בנו אביא הרעה אל ביתו. וכי מה עשה אחז. על ידי שבנה כסא בעזרה הדא היא דכתיב ואת אולם הכסא אשר בנו בבית וגו'. רבי חוניה בשם רבי לעזר למה נקרא שמו אחז שאחז בבתי כניסיות ובבתי מדרשות. למה היה אחז דומה למלך שהיה לו בן ומסרו לפידגוגו והיה מבקש להורגו אמר אם אני הורגו הרי מתחייב מית' אלא הרי אני מושך

Cavete na forte decipiatur cor vestrum, & recedatis a Domino, serviatisque diis alienis, & adoretis eos: Et quid deinde scriptum est? *Iratusque Dominus claudat cœlum, & pluvia non descendat.* Non deserui ullam Idololatriam in mundo quam non coluerim, & omnia bona, & consolationes, quæ sunt in mundo, venerunt in meo seculo: Verba Mose non confirmantur, & verba Josue confirmabuntur? Respondit illi Elias: Si juxta verba tua: *Vivit Dominus Deus Israel, in cujus conspectu sum, si erit annis his ros & pluvia nisi juxta verba mea.* Quando hoc audiit, incepit lugere. Hinc scriptum est 1. *Reg.* XXI. 27. *Itaque cum audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, jejunavit in sacco, & ambulavit demisso capite.* Quandiu jejunavit? Tres horas jejunavit. Solitus erat comedere in tertia, & comedit in sexta; si solitus erat comedere in septima, comedit in nona. *Et ambulavit demisso capite.* Quid significat אט? R. Jehosua ben Levi dicit; Incessit discalceatus: Scriptum est 1. *Reg.* XXI. 29. *Et factum est verbum Domini ad Eliam Thesbicem, dicens; Nonne vidisti humiliatum Achab coram me.* Dixit Deus S. B. Eliæ: Vide portionem bonorum, quam dedi in mundo meo; Si homo valde peccet coram me, & faciat pœnitentiam, ego illum recipio. Hinc scriptum est: *Nonne vidisti humiliatum Achab coram me?* Vidisti Achab facientem pœnitentiam. *Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus ejus, sed in diebus filii sui inferam malum domui ejus.* Ibid. At quid fecit Achaz? Quia ædificavit solium in atrio. Hinc scriptum est 1. *Reg.* VII. 7. *Et porticum solii, quam extruxit in domo &c.* R. Chanina nomine R. Elieser; Cur vocatus est nomine Achaz? Quia apprehendit Synagogas, & Academias: Cui similis est Achaz? Regi, cui erat filius, & eum tradidit pedagogo, & ipse quærit eum occidere; Dicens; si ego illum occido; Ego sum reus mortis; Ecce ego traham ab ejus nutrice; & ipse per se morietur: Sic dixit Achaz. Si non fuerint hædi, non erunt hirci; si non sint hirci, non erit ovis, si non sit ovis, non erit pastor, si non sit pastor, non erit mundus; si non sit mundus, non erit (quod absit) Deus. Sic reputabat Achaz in mente sua, dicens: Si non sint pueri, non erunt majores natu, si non sint majores natu, non erunt sapientes; si non sint sapientes, non erunt prophetæ; si non sint prophetæ, non erit Deus S. B. Si

non

את מיניקתו ממנו ומעצמו הוא מת כך
אמ' אחז אם אין גדיים אין תיישים. אם אין
תיישים אין צאן. אם אין צאן אין רועה
אם אין רועה אין עולם. אם אין עולם
כביכול. כך היה אחז סבור בדעתו לומר אם
אין קטנים אין גדולים. אם אין גדולים אין
חכמים. אם אין חכמים אין נביאים אם
אין נביאים אין רוח הקודש. אם אין רוח
הקודש אין בתי כניסיות ובתי מדרשות
כביכול אין הקב"ה משרה שכינתו על ישראל.
רבי יעקב בר אביי בשם רבי אחא מייתי
לה מן הדא וחיכיתי ליי' המסתיר פניו מבית
יעקב וקיויתי לו אין לך שעה קשה בעולם
מאותה שעה שאמר לו הקב"ה למשה ואנכי
הסתר אסתיר פני ביום ההוא. מאותה
השעה וקייתי לו שאמר לו בסיני כי לא
תשכח מפי זרעו. ומה את מועיל הנה
אנכי והילדים אשר נתן לי יי'. וכי ילדיו
היו והלא תלמידיו היו. אלא מלמד שהיו
חביבין עליו והיה קורא אותם בני. וכי מה
עשה מנשה. כתיב בימים ההם חלה חזקיהו
למות וגו'. עד כי מת אתה ולא תחיה.
כי מת אתה בעולם הזה. ולא תהיה לעתיד
לבוא. אמר ליה ולמה אמר ליה דלא בעית
מיקמה לך בנין אמר ליה למה לא בעית
מיקמה לך בנין. אמר ליה חמית דאנא
מקים בר רשיע בנין כן לא בעית מיקמה
בנין. אמר ליה סב ברתי דילמא מיני ומינך
הוא מוקים בר נש טב. אף על גב לא קם
אלא בר נש ביש הדא היא דכתיב וכלי כליו
רעים. אמר ליה לא לך אנא שמע איני
קופץ אלא למה שאמר לי זקיני שאמר לי
אם ראים חלומות קשים או חזיונות קשים
קפוץ לשלשה דברים ואת ניצול ואילו הן
לתפילה ולצדקה ולתשובה. ושלשתן בפסוק
אחר ויכנעו עמי אשר נקרא שמי עליה'
ויתפללו זה תפילה. ויבקשו פני זו צדקה

non sit Spiritus Sanctus, non erunt synagogæ & Academiæ; quasi diceret; non est Deus S. B. habitare faciens præsentiam suam Divinam in Israel. R. Jacob bar Abaje, nomine R. Acha: Probavi hoc ex eo quod dictum est *Isai.* VIII. 17. *Expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam a domo Jacob, & præstolabor eum:* Non est tibi tempus molestius in mundo præ illo tempore quo dixit Deus S. B. Mosi: *Ego autem abscondendo abscondam faciem meam in die illo. Deut.* XXXI. 18. Ab eo tempore; *Et præstolabor eum*. Dixit illi in Sinai. *Quod nulla delebit oblivio ex ore seminis sui*. Ibid. Quid istud proderat? Quia scriptum est *Isai.* IX. 17. *Ecce ego & filii, quos dedit mihi Dominus &c.* Num ejus filii erant? At ejus discipuli erant: Sed docetur, eo quod sibi essent charissimi, vocaverit eos filios. Quid fecit Manasses? Scriptum est 2. *Reg.* XX. 1. *In diebus illis ægrotavit Ezechias usque ad mortem &c. Morieris enim tu, & non vives: Morieris enim tu* in hoc seculo: *Et non vives* in seculo futuro. Dixit illi: Et cur ei non dixit: Ne quæras tibi conservationem filiorum? Respondit: Cur non quæris conservationem filiorum? Dixit: Ego video, quod conservem filium impii, ideoque non quæro conservationem filiorum. Dixit illi: Nube filiæ meæ. Fortasse ex me atque ex te nascetur vir bonus: Licet non nascatur nisi filius hominis mali: Hinc scriptum est *Isai.* XXXII. 7. *Fraudolenti vasa pessima sunt*. Respondit illi; Tibi ego non ausculto; non exsilio nisi ad id, quod mihi dixit mea senectus, quæ mihi dixit; Si videris somnia molesta, & visiones molestas; attende ad tria, & tu prosperaberis; & illa sunt, oratio, eleemosyna, & pœnitentia; Et hæc tria omnia in uno textu comprehenduntur: Dictum est enim 2. *Paral.* VII. 14. *Conversus autem populus meus, super quos invocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit:* Hæc est eleemosyna. Hinc dictum est *Psalm.* XVIII. 15. *Ego autem in justitia apparebo conspectui tuo, sanabor cum apparuerit gloria tua. Et egerit pœnitentiam a viis suis pessimis*. Hæc est pœnitentia: Si ita fecerint; quid scriptum est? *Et ego exaudiam de cœlo, & propitius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum:* Statim se convertit: Scriptum est enim 2. *Reg.* XX. 3. *Qui convertit faciem suam ad parietem, & oravit Dominum*. Ad quem parietem elevavit oculos suos? R. Jehosua ben Levi dicit: Ad parietem Rahab elevavit oculos suos: Scriptum est enim *Jos.* II. 15. *Domus enim ejus hærebat* mu-

במה דת מר אני בצדק אחזה פניך אשבעה
בהקיץ המונהך . וישובו מדרביהם הרעים זו
תשובה . אם עשו כן מה כתיב תמן ואני
אשמע מן השמים ואסלח לחטאתם וארפא
את ארצם. מיד ויסב. דכתיב ויסב חזקיהו
פניו אל הקיר ויתפלל אל יי'. לאי זה קיר
נשא עיניו . רבי יהושע בן לוי אמר לקירה
של רחב נשא עיניו. כי ביתה בקיר החומה
ובחומה היא יושבת . אמר לפניו רבון כל
העולמים רחב שתי נפשות הצילה לך ראה
כמה נפשות הצולת לה. הדא היא דכתיב
ויבואו הנערים המרגלים ויוציאו את רחב
ואת בית אביה ואת אמה ואת אחיה ואת
כל אשר לה ואת כל משפחותיה הוציא
ויניחום מחוץ למחנה ישראל . חני רבי
שמעון בן יוחי אפילו היא במשפחותיה
מאתים אנשים והלכו ונדבקו במאתים
משפחות כולהן היו ניצלין בזכותה . אבותי
שקרבו לך כל הגרים הללו על אחת כמה
וכמה שתתן לי את נפשי . רבי שמואל בר
נחמן אמר נשא את עיניו בקירה של שונמית
נעשה נא עליית קיר קטנה ונשים לו שם
מיטה ושלחן וכסא ומנורה. אמר לפניו רבון
כל העולמי' שונמית קיר אחד עשתה לאלישע
השבח הזה על אחת כמה וכמ' שתתן לי
את נפשי. רבי חיננא בר פפא אמר נתן
עיניו בקירות בית המקדש בתתם סיפם את
סיפי ומזוזתן אצל מזוזתי והקיר ביני וביניהן
בני אדם גדולים היו ולא היו יכנלין לעלות
ולהתפלל בכל שעה והיו מתפללין בתוך
בתיהם והקבה מעלה עליהן כאילו נתפללו
בבית המקדש . אבותי שעשו לך את כל
השבח הזה על אחת כמה וכמה שתתן לי
את נפשי . ורבנין אמרין נתן עיניו בקירות
לבו שנאמר מעי מעי אוחילה קירות לובי
חומה לי לבי לא אחריש . א' לפניו רבון
העולמים היזרתי על מאתים ומרבעים
ושמונה איברים שנתתה בי ולא מצאתי

muro: Et in muro sita erat: Dixit coram eo: Domine omnium mundorum: Rahab tibi salvavit duas animas; Vide quot animas illi salvavi: Hinc scriptum est *Jos.* VI. 23. *Et ingressi juvenes exploratores eduxerunt Rahab, & parentes ejus, fratres quoque & cunctam supellectilem, & cognationem illius, & extra castra Israel manere fecerunt.* Docet R. Simeon ben Jochai: Vel si in ejus familia fuissent, ducenti viri, & incedentes adhæsissent ducentis familiis, omnes salvati fuissent ejus meritis. Patres mei, qui tibi admoverunt hos omnes proselytos, quanto magis dabis mihi meam animam? R. Samuel bar Nachmam dicit: Elevavit oculos suos ad parietem Sunamitidis: Dictum est enim 2. *Reg.* IV. 10. *Faciamus quæso cœnaculum parietis parvi, & ponamus in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum:* Dixit coram eo: Domine omnium mundorum: Sunamitis parietem unum fecit Elisæo, & ille resuscitavit ejus filium; Patres mei qui tibi fecerunt laudationem istam, quanto magis dabis mihi animam moam? R. Chinna bar Papa dicit: Dedit oculos suos in parietem domus sanctuarii. Dictum est enim *Ezech.* XLIII. 8. *Qui fabricati sunt limen suum intra limen meum, & postes suos juxta postes meos, & murus erat inter me & eos:* Viri magni illi erant, & non poterant adscendere & orare omni tempore, & illi orabant intra domos suas, & Deus S. B. imputabat illis perinde ac orarent in domo sanctuarii: Patres mei, qui tibi fecerunt laudationem istam, quanto magis dabis mihi animam meam? Et sapientes dicunt: Dedit oculos suos in parietes cordis sui: Dictum est enim *Jerem.* IV. 19. *Ventrem ventrem meum doleo, parietes cordis mei turbati sunt mihi in corde meo, non tacebo.* Dixit coram eo: Domine mundorum; Circumivi 248. membra, quæ dedisti mihi, & non inveni, ut tibi irascerer in ullo eorum, quanto magis dabis mihi animam meam? Scriptum est 2. *Reg.* XX. 5. *Factus est sermo Domini ad Isaiam prophetam dicens: Revertere, & dic Ezechiæ duci populi mei: Hæc dicit Dominus Deus David patris tui. Audivi orationem tuam, & vidi lachrymas tuas; ecce sanavi te; & addam diebus tuis quindecim annos.* Dixit illi. Nunc ita illi dices; & nunc ego illi ita dicam: Dixit illi; Vir magnus ille est: Et mihi non credet: Respondit: Est vir valde humilis, & tibi credet; & non exibit plaga in civitatem: *Et antequam egrederetur Isaias mediam partem atrii civitatis;* Scriptum est,

Qua-

שהכעסתי אותך באחד מהן על אחת כמה וכמה תינתן לי נפשי. כתיב ויהי דבר יי׳ אל ישעיהו הנביא לאמר. לך ואמרת אל חזקיה נגיד עמי כה אמר יי׳ אלהי דוד אביך שמעתי את תפילתך ראיתי את דמעתך הנני מוסיף על ימיך חמש עשרה שנה. אמר ליה כדון אמרית ליה הכין. וכדון אנא מימר ליה הכין. אמר ליה גברא רבה הוא ולית הוא מהימנתי. אמר ליה עינוון סגין הוא והוא מהימן לך ולא עוד אלא עוד אלא עדיין לא יצאת בעיר. ויהי ישעיהו לא יצא חצר התיכונה העי׳ כתיב. כד דקם מנשה הוה פרי חורי ישעי׳ בעי מיקטלוניה והוא ערק מן קדמויי ערק לארזא ובלעיה ארזא. חסר ציציתה דגולתיה אתון ואמרין קדמוו אמר לון אזלון ונסרון ארזא ונסרו לארזא ואיתחמי דמא נגר. ולא אבה יי׳ לסלוח. מיכן שאין לו חלק לעתיד לבא. והא כתיב מלבד חטאות מנשה בן יחוקיהו מלך יהודה. נימר עד דלא יחזור ביה. על כל הכעסה אשר הכעיסו מנשה. נימר עד עשה תשובה. והא כתיב כי הוא אמון הרבה אשמה. לא הוסיף אלא חידש. והכתיב וגם דם נקי שפך מנשה הרבה מאד עד אשר מלא את ירושלם פה לפה. וכי איפשר לבשר ודם למלאות את ירושלם דם נקי פה לפה. אלא שהרג את ישעיהו שהיה שקול כמשה דכתיב ביה פה אל פה אדבר בו. כתיב וידבר יי׳ אל מנשה ואל עמו ולא הקשיבו ויבא עליהם את שרי הצבא אשר למלך וילכדו את מנשה בחחים. מהו בחחים. בכירו מניקיא. אמר רבי לוי מולא של נחושת עשו לו ונתנו אותו בתוכה והיו מסיקין תחתיו. כיון שראה שצרתו צרה לא הניח עבודה זרה בעולם שלא הזכירה כיון שלא הועיל לו לכלום אמ׳ זכור אני שהיה אבי מקרא אותי את הפסוק הזה בבית

Quando concitaus est Manasse, cucurrit post Isaiam, quærens eum occidere; & ipse aufugit ab ejus conspectu, aufugit in cedrum, & eum absorpsit cedrus; videbantur fimbriæ pallii sui; abeuntes dixerunt coram eo; & ille iis dixit; Ite, dissecate cedrum; & dissecarunt cedrum, & visus est ejus sanguis ex adverso. *Et ob hanc rem noluit Dominus propitiari*. 2. *Reg.* XXIV. 4. Hinc probatur, quod non sit illi pars in seculo futuro. Et hoc scriptum est: *Præter peccata Manasse filii Jehoachim regis Jehuda*. Dicitur, donec pœniteat: *Propter omnes irritationes, quibus irritaverat eum Manasse*. 2. *Reg.* XXIII. 26. Dicit, donec faciat pœnitentiam: Atqui scriptum est 2. *Paral.* XXXIII. 23. *Et multo majora deliquit*: Non addidit, sed innovavit: Atqui scriptum est 2. *Reg.* XXIV. 4. *Et propter sanguinem innocentem, quem effudit plurimum, ut impleret Hierusalem sanguine innocente de ore ad os*: Num potest caro & sanguis implere Hierusalem sanguine innocenti de ore ad os? At eo quod occiderit Isaiam, qui potest æquiparari Mosi: Etenim de eo scriptum est *Num.* XII. 8. *Ore enim ad os loquar ei*. Scriptum est 2. *Paral.* XXXIII. 10. *Locutusque est Dominus ad Manassen, & ad populum ejus, & attendere noluerunt: Idcirco superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorum, ceperuntque Manassen, & vinctum catenis*: Quid significat בחחים? Vinxerunt torquibus: Dicit R. Levi: Vas Æneum illi fecerunt, & in illud indiderunt, & incendebant sub eo: Quando vidit, quod magna esset afflictio ejus, non dimisit Idololatriam in mundo, quam non memoraret. Quando vidit, quod nihil sibi prodesset, dixit: Recordor ego, quod mihi legit pater meus hunc textum in synagoga. *Postquam te invenerint omnia, quæ prædicta sunt, novissimo tempore reverteris ad Dominum Deum tuum, & audies vocem ejus; quia Deus misericors Dominus Deus tuus. Non dimittet te, nec omnino delebit, neque obliviscetur pacti, in quo juravit patribus tuis*: *Deut.* IV. 30. Ecce ego illum legam; si exaudiat bonum & si minus Omnes facies erunt æquales: At Angeli ministerii occluserunt fenestras, ne ascenderet oratio Manassis coram Deo S. B. Et Angeli ministerii dicebant coram Deo S. B. Domine mundi: Qui coluit Idololatriam, & statuit simulacrum in templo, tu recipies ejus pœnitentiam? Respondit illis. Si ego non recipiam ejus pœnitentiam, ecce ego occludam portam coram omnibus pœnitentibus. Quid fecit Deus S. B.? Effo-

הנכנסת בצר לך ומצאוך כל הדברים האלה באחרית הימים ושבת עד יי׳ אלהיך ושמעת בקולו. כי אל רחום יי׳ אלהיך לא ירפך ולא ישחיתך ולא ישכח את ברית אבותיך אשר נשבע להם. הרי אני קורא אותו אם עונה אותי מוטב ואם לאו הא כל אפיא שוין. והיו מלאכי השרת מסתמין את החלונות שלא תעלה תפילתו של מנשה לפני הקבׄה והיו מלאכי השרת אומרים לפני הקבׄה רבונו של עולם אדם שעבד עבודה זרה והעמיד צלם בהיכל אתה מקבלו בתשובה. אמר להן אם איני מקבלו בתשובה הרי אני נועל את הדלת בפני כל בעלי תשובה. מה עשה לו הקבׄה התר לו חתירה מתחת כסא הכבוד שלו ושמע תחינתו הדא דכתיב ויתפלל אליו ויעתר לו וישמע תחינתו וישיבהו. אמר רבי לעזר בי רבי שמעון בערבייא צווחין לחתרתה עתרתה. וישיבהו ירושלם למלכותו. במה השיבו שמואל בר בינא בשם רבי אחא ברוח השיבו. כמה דתמר משיב הרוח. וידע מנשה כי יי׳ הוא האלהים. באותה שעה אמר מנשה אית דין ואית דיין. וכי מה עשה בלעם הרשע על ידי שנתן עצה לבלק בן צפור להפיל את ישראל בחרב. אמר לו אלוה של אומה הזו הוא שונא את זנות אלא העמידו בנותיכם בזימה ואתם שולטין בהן. אמר ליה ומישמע לי אינון אמר ליה אקיה אקים בנתך קומוי וינון חמיין ושמעין לך. הדא היא דכתיב ראש אומות בית אב במדין הוא. מה עשו בנו להן קנקלין מבית הישימון עד הר השלג והושיבו שם נשים מוכרות מיני כיסנין. הושובו את הזקינה מבחוץ ואת הנערה מבפנים. והיו ישראל אוכלין ושותין והיה אחד מהן יוצא לטייל בשוק וליקח לו חפץ מן החנווני והיתה הזקינה מוכרת לו את החפץ בשווין והנערה אומרת לו בא וטול לך בפחות כן ביום הראשון וכן ביום השני וכן ביום השלישי והיתה אומרת לו מיכן והילך אתה כבן בית היכנס ובור לך וכיון שהיה נכנס

Effodit illi foramen ſub ſolio gloriæ ſuæ, & audiit ejus orationem. Hinc ſcriptum eſt 2. *Paral.* XXXIII. 13. *Deprecatuſque eſt eum, & obſecravit intente, & exaudivit orationem ejus, reduxitque eum*. Dicit R. Elieſer filius R. Simeonis; In Arabia חתרתה vocant עתרתה: ſc. *exaudivit reduxitque eum Hieruſalem in regnum ſuum*: Quomodo reduxit? Samuel bar Bina nomine R. Acha: Spiritu eum reduxit: Sicuti ta dicis. Spiritus reduxit. *Et cognovit Manaſſes, quod Dominus ipſe eſſet Deus*. Tunc dixit Manaſſes; Eſt judicium, & eſt judex. Quid fecit Balaam impius? Quia dedit conſilium Balac filio Sephor, ut caderent Iſraelitæ in gladio. Dixit illi: Deus hujus gentis odit ſcortationes; Statuite filias veſtras data opera, & vos illis dominabimini. Reſpondit illi: Ecquis auſcultabit mihi? Dixit illi; Statue filiam tuam coram illis; quando hoc viderint, tibi auſcultabunt. Hinc ſcriptum eſt *Num.* XXV. 15. *Principis nobiliſſimi Midianitarum*. Quid fecerunt? Ædificarunt illis cancellos a Betiſimon uſque ad montem Selag; & ibi collocarunt mulieres vendentes ſpecies placentarum. Et ſtatuerunt vetulam extrinſecus, & intrinſecus puellam: Et Iſraelitæ edebant, & bibebant, & ſiquis ex iis egrederetur, ut deambularet in platea, ut quæreret ſibi, quæ deſideraret ex diverſorio; & vetula illi vendebat, quæ deſiderabat æquo pretio; & puella illi dicebat, veni & tolle quod tibi placet. Ita factum eſt die primo, ſecundo & tertio; Et ipſa illi dicebat; Hinc & ulterius tu ſis ſicut filius domus, ingredere, & elige tibi. Poſtquam erat ingreſſus, ibi erat bombylius plenus vino ex vino Ammonitico, quod erat validum, & cum eſſet in corpore ſeducebat ad ſcortationes, & ejus odor erat levis; & nondum erat vetitum vinum libaminis Gentilium Iſraelitiis; Et ipſa illi dicebat: Placetne tibi bibere poculum vini? Et ille reſpondebat; maxime: Et ipſa illi dabat, & ille bibebat; Et poſtquam biberat vinum, ardebat in eo ſicut venenum ſerpentis: Et ille dicebat: Auſculta mihi: & illa reſpondebat; Placetne tibi, ut auſcultem tibi? Et ille reſpondebat; maxime. Statim illa educebat imaginem Pehor de ſinu ſuo, eique dicebat; Si hunc adoraveris, ego tibi auſultabo. Et ille reſpondebat. Num ego adorabo Idololatriam? At illa dicebat: Tu hanc non adorabis; Sed te illi detege: Hoc eſt quod dixerunt ſapientes: Si quis ſe detegat τῷ Baal Pehor; Hic eſt ejus cultus; Si projiciat lapidem τῷ Markolis; hic eſt ejus cultus.

היה שם צרצור מלא יין מן היין העמוני שהוא קשה והוא את הגוף מפתה לזנו' והיה ריחו מפעפע ואדיין לא נאסר יין נסך של גוים על ישראל והיתה אומרת לו רצונך לשתות כוס יין והוא אומ' לה הין והיא נותנת לו והוא שותה וכיון שהיה שותה היה היין בוער בו כבריסה של עכינה והוא אומר לה הישמעי לי והיא אומרת לו רצונך שאשמע לך והוא אומר הין מיד היתה מוציאה לו טפוס של פעור מתוך חיקה שלה והיתה אומרת לו השתחוה לזה ואני נשמעת לך . והוא אומר לה וכי לעבודה זרה אני משתחוה והיתה אומרת לו אין את משתחוה אלא במגלה עצמך לו זו היא שאמרו חכמים הפוער עצמו לבעל פעור זו היא עבודתו. והזורק אבן למרוליס זו היא עבודתו והיה שם צרצור מלא יין מן היין העמוני שהוא קשה שהוא מפתה את הגוף לזנות והיה ריחו מפעפע ואדיין לא נאסר יין נסך על ישראל והיתה אומרת לו רצונך לשתות כוס יין והוא אומר הין והיא נותנת לו והוא שותה כיון שהוא שותה היה היין בוער בו כבריסה של עכנא והוא אומר לה הישמעי לי והיתה אומרת לו הינזר מתורת משה ואני נשמעת לך . הדא היא דכתיב המה באו בעל פעור וינזרו לבושת ויהיו שיקוצים כאהבם . עד שנעשו שיקוצים לאביהם שבשמים . אמר רבי לעזר מה המסמר הזה אי איפשר לו לפרוש מן הדלת בלא עץ כך אי איפשר לפרוש מן הפעור בלא נפשות. מעשה בסובתה מאולם שהשכיר חמורו לגויה אחת להשתחוות לפעור כיון שהגיעו לביתו של פעור אמרה לו המתן לי כאן עד שאיכנס ואשתחוה לפעור . כיון שיצאת אמר לה המתיני לי כאן עד שאיכנס ואעשה כמות שעשית מה עשה נכנס ועשה את צרכיו וקינח עצמו בחוטמו של פעו' והיו הכל מקלסין לפניו ואומרי' לא עשה אדם כשם שעשה זה. מעשה במנחם איש גופתה אריח שהיה מגלגל בחביות ובא אליו שרו של פעור בלילה. מה עשה נטל את השפוד

Et ibi erat bombylius plenus vino ex vino Ammonitico, quod erat validum, quia ſtimulabat corpus ad ſcortationes, & ejus odor erat levis; & nondum erat vetitum vinum libaminis Iſraelitis. Et ipſa illi dicebat: Placetne tibi bibere poculum vini? Et ille reſpondebat: maxime. Et illa ipſi dabat & ille bibebat; Poſtquam biberat, in eo ardebat ſicut venenum ſerpentis: ipſe illi dicebat: Auſculta mihi; Et ille reſpondebat. Separa te a lege Moſis, & ego tibi auſcultabo. Hinc ſcriptum eſt *Oſe.* IX. 10. *Ipſi autem intraverunt ad Baal Pehor, & abalienati ſunt in confuſione, & facti ſunt abominabiles ſicut ea quæ dilexerunt*. Donec facti ſunt abominabiles eorum patri, qui in cœlis eſt. Dicit R. Elieżer: Sicut clavus iſte non poteſt ſeparari ex porta ſine ligno, ita pariter non poteſt ſeparari ex Pehor ſine animabus: Narratur de vetula ex Ulam quæ locavit aſinum ſuum cuidem fœminæ gentili, ut adoraret Pehor; quando acceſſerunt ad domum Pehor, dixit illi; expecta me hic, donec ingrediar, & adorem Pehor; Poſtquam egreſſa eſt, dixit: Expecta me hoc loco, donec faciam, quod tu feciſti. Quid fecit? Ingreſſus, fecit, quod ſibi erat opus, & abſterſit ſe naſo Pehor; & omnes illum in ejus conſpectu laudabant dicentes; Nemo fecit ſicut iſte fecit. Narratur de Menachem viro de villa, Guphta, qui ſe convolvebat in dolio; & venit ad eum princeps Pehor noctu: Quid fecit? Sumto veru inſurrexit contra illum, & ab ſe fugavit. Veniens ad eum nocte ſecunda dixit ei. Menachem cur me vilipendis? Timuit ab eo: eique dixit: Præterea te vilipendam. Narratur de quodam principe, qui venit de urbe maritima, ut adoraret Pehor. Dixit: Afferte mihi bovem unum, arietem unum, ovem unam, ut adorem Pehor. Dixerunt illi: Hæc omnia tibi non ſunt neceſſaria; ſed ſatis eſt ut te illi detegas: Quid fecit? Concitavit contra illos accuſatores, & ipſi eos verberarunt, & contuderunt eorum cerebra ſecuribus; & illis dixit; Sic vobis; & Idolis veſtris. Scriptum eſt *Num.* XXV. 4. *Et iratus Dominus contra Iſrael dixit Dominus ad Moſen. Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem.* Dixit illi: Numera principes eorum, ut judicentur, & occidantur contra ſolem. Hioc ſcriptum eſt: *Et dixit Moſe ad Judices Iſrael; Occidat unuſquiſque proximos ſuos, qui initiati ſunt Baal Pehor*. Quot erant judices Iſrael? Septem myriades, & octo millia, & ſexcen-

ועמד עליו וברח ממנו . בא אליו בלילה
השני אמר לו מנחם מה אתה מקללני .
נתיירא ממנו ואמר לו עוד איני מקללך .
מעשה בשלטון אחד שבא ממדינת הים
להשתחוות לפעור . אמר להן הביאו לי פר
אחד איל אחד כבש אחד להשתחות לפעור .
אמרו לו אין אתה זקוק לכל אילו אין אית
אלא במגלה עצמך לו . מה עשה גירה
בהם סניגורים והיו מכין אותן ומפציין את
מוחיהם בגיזירין ואומר להן אין לכם
ולטעותכם . כתיב ויחר אף יי׳ בישראל .
ויאמר יי׳ אל משה קח את כל ראשי העם
והוקע אותם ליי׳ נגד השמש . אמר לו
הושב את ראשיהם דיינים עליהם ויהיו
הורגים בחטאים נגד השמש הדא היא
דכתיב אמר משה אל שופטי ישראל הרגו
איש אנשיו הנצמדים לבעל פעור . כמה הם
שופטי ישראל שבע ריבוא ושמונת אלפים
ושש מאות . שרי אלפים . שש מאות . שרי
מאות ששת אלפים . שרי חמשים שנים עשר
אלף . שרי עשרות ששים אלף . נמצאו
שופטי ישראל שבע ריבוא ושמונת אלפים
ושש מאות . אמר לון כל חד מינכון יקטול
תריי נמצאו הרוגין חמש עשרה ריבוא
ושבעת אלפי׳ ומאתי׳ . והנה איש מבני ישר׳
בא ויקרב אל אחיו את המדיינית לעיני
משה . מהו לעיני משה כאינש דמר הא גו
עינך משה אמר לו אין צפורה מדינית ואין
טלפיה סדוקות זו טהורה וזו טמאה . והיה
שם פינחס אמר אין כאן אדם שיהרגנו
ויהרג על ידיו איכן הם האריות גור אריה
יהודה . דן גור אריה . בנימן זאב יטרף .
כיון שראה פינחס שאין אדם מישראל עושה
כלום מיד עמד פינחס מתוך סנהדרין שלו
ולקח את הרומח בידו . ונתן את הברזל
תחת פסיקיא שלו . התחיל מסתמך על עץ
שלה עד שהגיע לפתחו . כיון שהגיע לפתחו

centi. Principes millium, erant ſexcenti; principes centum erant ſex millia; principes quinquaginta erant duodecim millia; principes decem erant ſexaginta millia; deprehenduntur judices Iſrael fuiſſe ſeptem myriades, & octo millia, & ſexcenti. Dixit illis: Unuſquiſque ex vobis occidat duos; deprehenditur, quod occiderint quindecim myriades, & ſeptem millia, & ducentos: *Et ecce unus de filiis Iſrael intravit coram fratribus ſuis ad Midianitidem in oculis Moſis. Num.* XXV. *6.* Quid ſignificat *in oculis Moſis*? Quaſi vir, qui dicat; In oculis tuis Moſe: Dixit illi: Moſe eſt Zephora Midianitis, & ejus ungues non ſunt fiſſi; hæc eſt pura, & illa immunda? & ibi erat Pinchas dicens: Nemo eſt hic, qui eum occidat, & occidatur manu ejus? Ubi ſunt leones? *Catulus leonis Jehuda. Geneſ.* XLIX. *9. Dan catulus leonis. Deut.* XXXIII. *22. Benjamin lupus diſcerpens. Geneſ.* ibid. Quando vidit Pinchas, quod nemo ex Iſrael faceret: ſtatim conſurgens Pinchas ex medio ſui Synhedrii, & accepta lancea manu ſua, & poſuit ferrum ſub ſuo cingulo; Incepit inniti ejus ligno, donec pervenit ad ejus portam, quando pervenit ad ejus portam; dixit: Unde venis, & quo vadis? Pinchas illis reſpondit: Nonne vos fatemini, quod tribus Levi ſit prope tribum Simeonis in omni loco? Dixerunt; Permittite illi. Fortaſſe Phariſæi hoc permiſerunt: Poſtquam ingreſſus eſt, fecit illi Deus S. B. ſex miracula: Miraculum primum; quod ſit conſuetudo, ut alter ab altero ſeparetur; at Angelus alterum cum altera conjunxit. Miraculum ſecundum: Direxit lanceam contra vulvam alterius, ut alterius membrum virile appareret intra ejus vulvam, propter foramina, ne dicerent: ipſe quoque inter eorum humeros ingreſſus eſt cum illis, & fecit, quod ſibi fuit opus. Tertium miraculum; Occluſit Angelus eorum ora, ne poſſent exclamare. Miraculum quartum; Non exſilierunt ex lancea; ſed ſteteruut in loco ſuo: Miraculum quintum: Elevavit illi Angelus ſuperliminare, ut ambo egrederentur inter ejus humeros. Miraculum ſextum: Poſtquam egreſſa eſt plaga, quæ deſtruebat populum; quid fecit? Projecit eos in terram, & ſtans oravit: Hinc ſcriptum eſt *Num.* XXV. *9. Et ſtans oravit Pinchas, & ceſſavit plaga.* Quando venerunt Iſraelitæ ad vindicandam vindictam Midian, invenerunt ibi Balaam filium Beor: Quid venit ad faciendum? Venit ut acciperet mercedem quatuor & viginti millium, qui oc-

אמר לו מאיין ולאיין פינחס אמר להו אין אתם מודין לי ששבטו של לוי אצל שבטו של שמעון בכל מקום. אמרו הניחו לו שמא התירו פרושים את הדבר. כיון שנכנס עשה לו הקבה ששה ניסים. הנס הראשון דרכן לפרוש זה מזה והדביקן המלאך זה לזה. הנס השני כיון את הרומח כנגד הקיבה מלה כדי שתהא זכרותו נראית מתוך קיבה שלה מפני הנוקרנין שלא יהו אומר אף הוא בין כתיפיו נכנס עמהן ועשה את צרכיו. הנס השלישי סת' המלאך את פיהן ולא היו יכולין לצווח. הרביעי לא נשמטו מן הזיין אלא עמדו במקומן. הנס החמישי הגביה לו המלאך את השקוף כדי שיצאו שניהן בין כתיפיו. הנס השישי כיון שיצא את הננף שהורה מחבל בעם מה עשה השליכן לארץ ועמד ונתפלל הדא היא דכתיב ויעמד פינחס ויפלל ותעצר המגפה. כשבאו ישראל לנקום נקמת מדין מצאו שם בלעם בן בעור. וכי מה בא לעשות. בא ליטול שכר עשרים וארבעה אלף שמתו מישראל על ידו בשיטים. אמר ליה פינחס לא דברייך עבדת ולא דבלק עבדת. לא דברייך עבדת דמר לך לא חיזיל עם שלוחי בלק ואזלת. ולא דבלק עבדת אמר לך אי זיל לייט ישראל וברכתנון. אף אני איני מקפחך שכרך. הדא היא דכתיב ואת בלעם בן בעור הקוסם הרגו בני ישראל על חלליהם. מהו על חלליהם שהיה שקול כנגד כל חלליהם. דבר אחר על חלליהם מה חלליהם אין בהן ממש אף הוא אין בו ממש. דבר אחר על חלליהם שהיה צף כנגד כל חלליהם. והיה פינחס מראה לו את הציץ והוא שוקע ויורד. דבר אחר על חלליהם אלא מלמד שנתנו לו ישראל שכרו משלם ולא קיפחוהו. דואג אדם גדול בתורה היה באו ישראל ושאלו את דוד לחם הפנים מהו שידחה את השבת. אמר להם סידורו

occiderunt ex Iſrael ejus cauſa in Schitim. Dixit illi Pinchas: Præceptum tuum non feciſti, neque præceptum Balac feciſti; Præceptum tuum non feciſti, quia dictum eſt tibi: Ne eas cum legatis Balac; & iviſti; neque præceptum Balac feciſti, qui tibi dixit: Vade ad maledicendum Iſrael, & tu benedixiſti; ita pariter ego non amputabo mercedem tuam: Hinc ſcriptum eſt *Numer.* XXXI. 8. *Balaam quoque filium Beor magum interfecerunt filii Iſrael ſuper eorum cadavera:* Quid ſignificat *ſuper eorum cadavera?* quod is æquipararetur eorum cadaveribus: Alia expoſitio: *Super eorum cadavera;* Sicut in eorum cadaveribus nihil eſt ſolidum, ita pariter in eo nihil eſt ſolidum: Alia expoſitio: *Super eorum cadavera.* Quod ipſe muſſitaret contra omnia eorum cadavera: Et Pinchas illi oſtendebat laminam, & ipſe abſorbebatur, & deſcendebat. Alia expoſitio: *Super eorum cadavera:* Docet, quod dederint illi Iſraelitæ mercedem ſuam perfectam, & eam non amputarunt. Doeg vir inclitus in lege erat; venientes Iſraelitæ quæſierunt a David; Panis facierum num pellit Sabbathum? Reſpondit illis: Ejus ordinatio pellit Sabbathum; at ejus depſio, & commixtio non pellit Sabbathum: Et erat ibi Doeg dicens. Quis eſt iſte, qui venit ad docendum coram me? Reſponderunt illi: Iſte eſt David filius Iſai. Statim abiens dedit conſilium Saul regi Iſrael, ut occideret Nob civitatem ſacerdotum; Hinc ſcriptum eſt 1. *Sam.* XXII. 17. *Et ait rex emiſſariis, qui circumſtabant eum: Convertimini, & interficite ſacerdotes Domini; nam manus eorum cum David eſt &c.* Uſque ad locum *Et non indicaverunt mihi.* Dicit R. Samuel bar R. Iſaach: Abner & Amaſa illi erant. Dixerunt illi: Non eſt tibi poteſtas ſuper nos, niſi pro hoc cingulo, & pro hoc pallio; Ecce lacerabimus tibi: *Et non iverunt ſervi regis, ut immitterent manus ſuas in ſacerdotes Domini. Et ait rex ad Doeg:* Dicit R. Jehuda bar Pazi; לדויג ſcriptum eſt; Dixit illi: Sis apprehenſus ſicut piſcis; Tu peccaſti multa peccata: *Convertere tu, & irrue in ſacerdotes Domini. Et converſus Doeg Idumæus, irruit in ſacerdotes &c.* Non ita docet R. Chijah: Non præficiunt ſimul duos ſacerdotes magnos; At docet, quod omnes digni fuerint, ut eſſent ſummi ſacerdotes: Quomodo fuit rejectus? R. Chanina & R. Jehoſua ben Levi; Alter dicit: Ignis egreſſus eſt de domo ſancti ſanctorum; & combuſſit in eorum circuitu. Et alter dicit:

שמעון בר בא בשם רבי יוחנן דודים דברי סופרים לדברי תורה וחביבים יותר מדברי תורה. כי טובים דדיך מיין. רבי בא בר כהן בשם ר' יודה בר פזי תרע לך שדברי סופרים חביבין מדברי תורה. שהרי רבי טרפון אילו לא קרא לא היה עובר אלא בעשה. ועל ידי שעבר על דברי בית הלל נתחייב מיתה על שם ופורץ גדר ישכנו נחש. תני רבי ישמעאל דברי תורה יש בהן איסור ויש בהן היתר. יש בהן קולי' ויש בהן חומרין אבל דברי סופרים כולן חומר. תרע לך שהוא כן דתנינן תמן האומר אין תפילין לעבור על דברי תורה פטור. חמש טוטפות להוסיף על דברי סופרים חייב. אמר רבי חיננא בריה דרבי אדא בשם רבי תנחום בר חייה חמורים דברי זקינים מדברי נביאים דכתיב אל תטיפו יטיפון. וכתיב אטיף לך ליין ולשכר וגו'. נביא וזקן למה הן דומין. למלך שחני ששלח פלמנטרין שלו למדינה על אחר מהן כתוב אם אינו מראה חותם שלי וסמנטירין שלי אל תאמינו לו. ועל אחר כתוב אף על פי שאינו מראה לכם חותם שלי וסמנטירין שלי תאמינו לו. כך בנביא כתיב ונתן אליך אות או מופת. ברם הכא על פי התורה אשר יורוך. התורה אמרה ארבע טוטפות של ארבע פרשיות. עשאן חמש טוטפות של ארבע פרשיות חייב. רבי בא רבי יוחנן בשם רבי הושעיה אינו חייב עד שיורה בדבר שעיקרן מדברי תורה ופירושו מדברי סופרים כגון הנבילה כגון השרץ שעיקרן מדברי תורה ופירושן מדברי סופרין. אמר רבי זעירא לעולם אינו חייב עד שיכפור ויורה בדבר שעיקרו מדברי תורה ופירושו מדברי סופרין כגון נבילה וכגון שרץ שעיקרן מדברי תורה ופירושן מדברי סופרי והוא שיגרע ויוסיף בדבר שהוא מגרע והוא מוסיף. זלחין אפוי דרב הושעיה אמר ליה צריך לך שחק לך. לא צריך לך הפליג עלך. תלת עשרי שנין עבד עליל קומי רביה דלא צריך ליה. רבי שמואל בשם רבי ועורא אילו לא דייו אלא שהיה מקביל פני רבו שכל המקביל פני רבו כאילו מקבל פני

guttur tuum ſicut vinum optimum. *Cantic.* VII. 10. Simeon ben Bo nomine Rabi Jochanan: Amabiliora ſunt verba ſcribarum præ verbis legis, & charioro magis quam verba legis. *Quia meliora ſunt ubera tua vino*. Ibid. I. 2. R. Bo bar Choen nomine R. Jehuda bar Pazi: Scito quod verba Scribarum ſint amabiliora quam verba legis: Etenim Rabi Tarphon dicit: Si non legat, ecce non tranſgreditur niſi quando faciat; & qui tranſgreditur verba Scholæ Hillel, damnatur pœna mortis: Quia dictum eſt *Eccleſiaſt.* x. 8. *Et qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber*. Docet R. Iſmael: In verbis legis eſt vetitum & eſt permiſſio; in his ſunt levia, & in his ſunt gravia; at verba ſcribarum omnia ſunt gravia. Scito quod ita ſit; etenim ibi legimus: Non ſunt Thephilin: ita ut tranſgrediatur verba legis, abſolvitur. Quinque Totaphot, ita ut addat verbis ſcribarum, tenetur. Dicit R. Chinna bar R. Ada nomine R. Tanchum bar Chijah: Sunt graviora verba ſeniorum quam verba prophetarum: Scriptum eſt enim *Mich.* II. 6. *Non diſtillabitis diſtillantes:* ibid. Pariterque ſcriptum eſt *Mich.* II. 11. *Stillabo tibi in vinum*. Propheta & ſenex cur ſunt ſimiles? Sunt ſimiles regi, qui mittit duos nuncios in provinciam; & eorum alteri ſcribit; ſi non oſtenderit meum ſigillum, & meam cidarim, nolite illi credere; & eorum alteri ſcribit: Vel ſi non oſtenderit vobis meum ſigillum, & meam cidarim, credite illi. Eaque de cauſa de Propheta ſcriptum eſt *Deut.* XIII. 2. *Et dederit tibi ſignum, aut portentum*. Jam dictum eſt ibidem XVII. 11. *Juxta legem quam te docuerint*. Lex dicit quatuor Totaphoth quatuor ſectionum: Si fecerit quinque Totaphoth quatuor ſectionum, tenetur. R. Bo, R. Jochanan, nomine R. Oſajah: Non tenetur, niſi doceat de iis, quorum fundamentum extat in verbis legis, & ejus explicatio in verbis ſcribarum: e. g. cadaver, & reptile, quorum fundamentum extat in verbis legis, & explicatio in verbis ſcribarum. Dicit R. Zehira; niſi neget, & doceat rem, cujus fundamentnm extat in verbis legis, & explicatio in verbis ſcribarum; e. g. cadaver, & reptile, quorum fundamentum extat in verbis legis, & explicatio in verbis ſcribarum; dummodo diminuat, & addat in re quæ ſit diminuenda, & ille addat. Diſtillarunt facies R. Oſajah, qui dixit: Si neceſſe eſt tibi, ride, ſi non eſt neceſſe, ut diſſentias tibi. Tredecim annos miniſtravit Galilæus coram ſuo magiſtro, quod ſibi non erat ne-

שכינה. התיב רבי ברכיה והא תנונן גופה של בהרת כגריס הקילקי מרובע אמר רבי אבמרי מאן דאמר הכן. התיב רבי בא בר ממל והא תאני שתי פרשות שבמזוזה. אמר ליה היא תפילין היא מזוזה. התיב רב המנונא והא תני בציצית ארבע אצבעות של ארבעה חוטין עשאן שלש אצבעות של ארבעה חוטין. אמר ליה גרע ולא הוסיף. התיב רבי חגיי קומי רבי יוסי והא תני שליש לרביבה שליש לחלות שליש לרקיקים. שילשן שליש לרביבה שליש לחלות שליש לרקיקים. אמר ליה מיגרע מן הרביבה ומוסיף על החלות ועל הרקיקן.

הלכה ז׳ ונביא השקר כו׳. המתנבא מה שלא שמע כצדקיה בן כנענה. ומה שלא נאמר לו כחנניה בן עזור. רבי יהושע בן לוי אמר חנניה בן עזור נביא אמת היה אלא שהיה לו קיבוסת והיה שומע מה שירמיה מתנבא בשוק העליון ויורד ומתנבא בשוק התחתון. אמר חנניה בן עזור כל סמא דמילתא לא דא היא אלא לפי מלאת לבבל שבעים שנה אפקור אתכם. כל ימיו של מנשה אינן אלא חמשים וחמש שנה. צא מהן עשרים שנה שאין בית דין של מעלה עונשין וכורתים. ושתים של אמון ושלשים ואחת של יאשיהו. הדא היא דכתיב ויהי השנה ההיא בראשית ממלכת צדקיהו מלך יהודה בשנה החמישית בחדש החמישי אמר אלי חנניה בן עזור הנביא אשר מגבעון בית יי׳ לעיני הכהנים וכל העם לאמר. כה אמר יי׳ אלהי צבאות אלהי ישראל לאמר שברתי את עול מלך בבל. בעוד שנתים ימים אני משיב אל המקום הזה את כל כלי בית יי׳ אשר לקח נבובד נצר מלך בבל מן העיר הזאת ויביאם בבל. אמר לו ירמיה אתה אומר בעוד שנתים ימים אני משיב וגו׳. ואני אומר שנבוכד נער בא ונוטל את השאר. בבלה יובאו ושמה יהיו וגו׳. אמר לו תן סימן לדבריך. אמר ליה אני

necesse. R. Samuel nomine R. Zehira: Hoc sibi non erat satis: Sed qui honorat magistrum suum, reputatur perinde ac honoret Divinitatem. Respondit Rabi Berachia: Atqui legimus: Papula instar fabæ Ciliciæ quadratæ. Dicit Rabi Abmari: Quis ita dicit? Respondit Rabi Bo bar Mimal; Atqui extat traditio: Duæ sectiones, quæ sunt in Mesusa. Respondit illi. Tam Thephelin, quam Mesusa. Respondit R. Amenuna: Atqui extat traditio: In fimbriis quatuor digiti quatuor funiculorum; Si faciat tres quatuor funiculorum: Respondit illi. Diminuet, at non addet. Respondit R. Hagai coram R. Jose: Atqui extat traditio. Tertia pars pro latitudine, tertia pars pro articulo, tertia pars pro contortis. Ex tribus partibus tertia pars pro teneris, tertia pars pro placentis, & tertia pars pro laganis: Respondit: Diminuet ex teneris, & addet in placentis, & in lagavis.

Constitutio VII. Propheta mendax &c. Si vaticinetur quod non audivit, sicut Sedechia filius Canaa: Et cur non dictum est de illo, sicut Chananjah filius Azur? R. Simeon ben Levi dicit. Chananjah filius Azur propheta verus fuit; sed quia indignabatur, & audiebat, quod Jeremias vaticinatus erat in platea superiori, & descendens vaticinatus erat in platea inferiori: Dixit Chananjah filius Azur: Omnes in hoc cæci sunt, quia scriptum est. *Jerem.* XXIX. 10. *Cum cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos*: Omnes dies Manasse non fuerunt nisi quinque & quinquaginta anni; Subtrahe ex iis viginti annos, in quibus Synhedrium superius non punivit, neque excidio mulctavit; Et duos Ammon, & unum & triginta Josias; Hinc scriptum est *Jerem.* XXVIII. 1. *Et factum est in anno illo, in principio regni Sedeciæ regis Jehuda, in anno quinto, in mense quinto, dixit ad me Chananjah filius Azur propheta de Gabaon, in domo Domini coram sacerdotibus, & omni populo, dicens. Contrivi jugum regis Babylonis; adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam ad locum istum omnia vasa domus Domini, quæ tulit Nabuchdnezer rex Babylonis de civitate ista, & transtulit ea in Babylonem*. Respondit illi Jeremias. Tu dicis. *Adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam &c.* At ego dicam, quod Nebuchdnezor veniens tollet reliqua: *In Babylonem transferentur*. Ibid. XXIII. 22. Dixit illi: Da signum verbis tuis. Respondit illi: Ego vaticinor malum; Et ego non possum dare signum verbis meis; Etenim Deus S. B. dicit, quod adducet malum, & miserabitur il-

lo-

מתנבא לרעה ואיני יכול ליתן סימן לדברי
שהקבה אומר להביא רעה ומתנחם. ואתה
מתנבא לטובה את הוא שאת הוא צריך
ליתן סימן לדבריך. אמר לו לאו את הוא
שאת צריך ליתן סימן לדבריך. אמר לו
אין כיני הרי אני נותן אות ומופת באותו
האיש השנה ההיא הוא מת. כי סרה דבר
על יי׳ והות ליה כן וימת חנניה הנביא
בשנה ההיא בחדש השביעי. שנת אחרת
היתה ות מר הכין. אלא מלמד שמת בערב
ראש השנה וצוה את בניו ואת בני ביתו
להסתיר את הדבר שיוציאוהו אחר ראש
השנה בשביל לעשות נבואתו של ירמיה
שקר. והכובש על נבואתו. כיונה בן אמיתי.
אמר רבי יונה יונה בן אמיתי נביא אמת
הוה. את מוצא בשעה שאמר לו הקבה
קום לך אל נינוה העיר הגדולה וקרא עליה
כי עלתה רעתם לפני. אמר יונה יודע אני
שהגוים קרובי תשובה הן והריני הולך
ומתנבא עליהם והם עושין תשובה והקבה
בא ופורע משונאיהן של ישראל ומה עלי
לעשות לברוח ויקם יונה לברוח תרשישה
מלפני יי׳ וירד יפו וימצא אניה באה תרשיש
ויתן שכרה וירד בה וגו׳. והמוותר על
דברי הנביא. כעידו החוזה. אמר רבי שמואל
בר רב יצחק זה אמציה כהן ביתאל. אמר
רבי יוסי פיתפותי בצים היו שם ואי זהזה זה
יהונתן בן גרשום בן מנשה. את מוצא בשעה
שבא דוד ומצאו שהוא עובד עבודה זרה
אמר לו אתה בן בנו של אותו הצדיק ואת
עובד עבודה זרה. אמר לו מסורת בידי מאבי
אבא מכור עצמך לעבודה זרה ואל תצטרך
לבריות. אמר לו חס ושלום לא אמר לך כן.
אלא מכור עצמך לעבודה שהיא זרה לך ואל
תצטרך לבריות. כיון שראה דוד שהיה
הממון חביב עליו מינהו קומים תיסוורין על
בית המקדש. הדא היא דכתיב ושבואל בן

nicet. Et tu qui vaticinaris in bonum, tu debes dare signum verbis tuis. Respondit illi: Tu debes dare signum verbis tuis. Dixit illi: Non ita se res habet: Ecce ego dabo signum & portentum in istum virum: Et anno illo mortuus est. *Adversum enim Dominum locutus es*. Ibid. *Et mortuus est Chananjah propheta in anno illo mense septimo: Jerem. ibid.* Anno altero fuit; Et tu ita dicis? Sed docet, quod mortuus fuerit in vigilia principii anni; & jusserit filiis suis, & domesticis, ut rem absconderent, ut eum efferrent post principium anni, ut redderetur prophetia Jeremiæ falsa. Et qui prophetiam supprimat. Sicut Jona filius Amathi. Dicit R. Jona: Jona filius Amathi propheta verus fuit. Tu deprehendis; quo tempore ei dixit Deus S. B. *Surge, & vade in Niniven civitatem grandem, & prædica in ea; quia adscendit malitia ejus coram me. Jona* I. 2. Dixit Jona: Ego novi, quod gentiles sint proximi pœnitentiæ; & ecce ego vadam & vaticinabor super illis: & illi facient pœnitentiam, & Deus S. B. veniens ulciscetur de inimicis Israel: Quid mihi faciendum est, nisi ut fugiam? *Et surrexit Jonas ut fugeret in Tharsis a facie Domini; & descendit in Joppem, & invenit navem euntem in Tharsis, & dedit mercedem, & descendit in eam &c. Jon.* ibid. Aut addat verbis prophetæ. Sicut Iddo Propheta. Dicit R. Samuel bar R. Isaach: Iste est Amaxia sacerdos Bethel. Dicit R. Jose: Disputationes investigationum ibi erant: Et quis iste erat? Jochanan filius Garsum filius Manasse. Tu deprehendis: quo tempore venit David, & invenit eum colentem Idololatriam, dixit illi: Tu filius filii hujus justi colis Idololatriam? Respondit. Traditum est mihi ex patre patris mei: Vende teipsum Idololatriæ; ne opus habeas creaturis: Dixit illi: Absit: Non ita tibi dixit: At vende teipsum ministerio, quod tibi sit alienum; & opus non habebis creaturis: Quando vidit David, quod iste amaret opes. Præposuit thesauris domus sanctuarii: Hinc dictum est 1. *Paral.* XXVI. 23. *Subael autem filius Gersom, filius Mose præpositus thesauris. Subael*; quia conversus est ad Deum cunctis suis viribus. *Præpositus thesauris*; quod eum præposuerint comitem thesaurorum super thesauros. Socii quæsierunt coram R. Samuel bar Nachman: Num Sacrificulus Idololatriæ fuit, ut prolongaret dies suos? Respondit: Quia ejus oculus fixus erat in Idololatria. Et cur ejus oculus erat fissus in sua Idololatria? Erat qui-

גרשום בן מנשה נגיד על האוצרות. שבואל. ששב לאל בבל כוחו . נגיד על האוצרות שמינהו קומיס תיסוורין על האוצרות. חברייא בעון קומי רבי שמואל בר נחמן כומר לעבודה זרה והאריך ימים . אמר לון על שהיתה עינו צרה בעבודה זרה שלו . ומה היתה עינו צרה בעבודה זרה שלו. הוה בר נש מייתי ליה תור או אימר או גדי לעבודה זרה ואמר ליה פייסיה עלי והוא אמר ליה למה וכי מה מועילה לך אינה אוכלת ואינה שותה ולא מטיבה ולא מריעה. והוא אמר ליה היך נעביד והוא אמר ליה אזל ואייתי לי חד פינך דסולת ועשר ביעין עלוי ונא מפייס ליה עלך כיון דהוא אזל ליה הוה אכיל לון. אתא חד בר פחין ואמר ליה בן אמר ליה אם אינה מועילה כלום מפני מה את עביד הכא. אמר ליה בגין חיי. מתיבין לרבי שמואל בר נחמן והא כתיב עד יום גלות הארץ . אמ̇ לון כיון שמת דוד ועמד שלמה והחליף את כל סנקליטין שלו חזר לקילקולו . ונביא שעבר על דברי עצמו . כחבירו של מיכה . הדא דכתיב ונביא אחד זקן יושב בביתל ויבא בנו ויספר לו את כל המעשה אמר עשה איש האלהו וגו׳ . ויאמר להם אביהם אי זה הדרך הלך וגו׳. ויאמ׳ אל בניו חבשו לי את חחמור וגו׳ . וילך אחרי איש האלהים וימצאהו יושב תחת האלה וגומ׳. ויאמר לך אתי הבית׳ ואכל לחם. ויאמר לא אוכל לשוב וגו׳ עד̇ ויאמר לו גם אני נביא כמוך ומלאך דבר אלי בדבר יי׳ לאמר וגו׳ עד̇ ויאכל לחם וישרת מים כיחש לו . מה הוא כיחש לו שיקר ביה . ויהי הם יושבים על השולחן ויהי דבר יי׳ אל הנביא אשר השיבו. אשר הושב אין כתיב כאן אלא אשר השיבו. והרי הדברים קל וחומ׳ ומה אם מי שהאכיל את חבירו לחם שקר זכה שנתייחד עליו הדיבר. המאכיל את חבירו לחם אמת על אחת כמה וכמה. כתיב ואיש אחד מבני הנביאי׳ אמ׳ אל רעהו בדבר יי׳ וגו׳. ויאמר לו יען אשר לא שמעת בקול יי׳ הנך הולך מאתי והכך האריה. וילך מאתו וימצאהו האריה ויכהו . וימצא איש אחר יאמ׳ הכיני נא ויכהו וגו׳. וילך הנביא ויעמד למלך על הדרך ויתחפש באפר על עיניו. ויהי המלך עובר והוא צעק אל המלך וגו׳. ויהיה עבדך עשה הנה והנה וגו׳. וימהר ויסר את האפר מעל עיניו וגו׳ . ויאמר לו

quidam homo; qui ad illum adduxit bovem, aut agnum, aut hædum pro Idololatria; & illi dicebat; deprecare pro me: & ille respondebat: Quid tibi prolorum? Non comedit, neque bibit, neque bonum, neque malum facit. Ille dicebat: Quomodo nos faciemus? Et ipse respondebat; Abi & affer mihi, unam scutellam similæ, & decem ova, & offeram, & ego deprecabor illam pro te: Postquam ille abiit, iste omnia comedit: Venit quidam filius principis, eique ita dixit; Si nihil prodest; Cur ita facis? Respondit; propter vitam meam. Responderunt τῷ R. Samuel bar Nachman: Atqui scriptum est *Jud.* XVIII. *Usque ad diem captivitatis terræ*. Dixit illis. Postquam mortuus est David, & surgens Salomo immutavit omnes judices suos, atque iterum projecit: Et propheta, qui transgrediatur verba mea: Sicut socius Michea: Hinc scriptum est I.*Reg.* XIII. II. *Propheta autem quidam senex habitabat in Bethel, ad quam venerunt filii sui, & narraverunt ei omnia opera, quæ fecerat vir Dei; Et dixit eis pater eorum: Per quam viam abiit &c. Dixitque ad filios suos: Sternite mihi asinum &c. Et abiit post virum Dei, invenit eum sedentem subtus terebinthum &c. Dixitque ad eum: Veni mecum domum, ut comedas panem: Qui ait: Non possum reverti &c.* usque ad locum: *Et ait illi: Et ego propheta sum similis tui; & Angelus locutus est mihi in sermone Domini, dicens &c.* Usque ad locum: *Ut comedat panem, & bibat aquam: Fefellit eum:* Quid significat, *fefellit eum?* Falaciter egit in eum: *Cumque sederent ad mensam, factus est sermo Domini ad prophetam, qui reduxerat eum.* Ibid. qui reversus est non scriptum est hoc loco; at *qui reduxerat eum:* Et ecce argumentum a minori ad majus; Si is, qui cibavit socium suum pane falso, meritus est, ut sibi appropriaretur sermo; qui cibaverit socium suum pane vero, quanto magis? Scriptum est I. *Reg.* XX. 35. *Tunc vir quidam de filiis prophetarum dixit ad socium suum in sermone Domini &c. Cui ait: Quia noluisti audire vocem Dei, ecce recedes a me, & percutiet te leo. Cumqae paululum recessisset ab eo, invenit eum leo, atque percussit; sed & alterum inveniens virum, dixit ad eum; Percute me &c. Abiit ergo propheta; & occurrit regi in via, & mutavit adspersione pulveris oculos suos. Cumque rex transisset, clamavit ad regem &c. Et fuit, cum servus tuus faceret hoc & illud &c. At ille statim abstersit pulverem de oculis suis &c. Qui*

ait

בה אמר יי׳ יען אשר שלחת את איש הרמי מיד והיתה נפשך תחת נפשו ועמך תחת עמו. וכתיב ויגש איש האלהים יאמר כה אמר יי׳. ולמה ויאמר ויאמ׳ שני פעמים. אלא באמירה הראשונה אמר לו אם בא בן הדד מלך אדם תחת ידך אל תחום עליו ואל תחמול עליו. ובאמירה השנייה אמר לו יען אשר שלחת את איש חרמי וגו׳. כמה מצודות וחרמים עשיתי לו עד שמסרתיו תחת ידך ושלחתו והלך בשלו׳. לפיכך והיתה נפשך תחת נפשו ועמך תחת עמו. את מוצא בשעה שיצאו ישראל למלחמה לא מת מכולם אלא אחאב מלך ישראל בלבד. והדא היא דכתיב ואיש משך בקשת לתומו ויך את מלך ישר׳ בין הדבקים ובין השיריין ויאמר לרכבו הפוך ידך והוציאיני מן המחנה כי החליתי. מה אני מקיים ועמך תחת עמו. רבי יוחנן בשם רבי שמעון בן יוחי אותה הטיפה שיצאת מאותו צדיק כיפרה על כל ישראל.

הלכה ח׳ והמתנבא בשם עבודה זרה כ׳.

אמר רבי יוסי בן חנינה הכל היה בכלל לא תענה ברעך עד שקר. יצא לידון בין באות בין במופת בין בעבודה זרה בין בשאר כל המצות. אלא שעבודה זרה בין שנתכוון לעקור את כל הגוף בין שלא נתכוון לעקור את כל הגוף דברי רבי שמעון פוטרין אותו. ודברי חכמים סוקלין אותו. אבל בשאר כל המצות דברי חכמים סוקלין אותו ודברי ר׳ שמעון יבין ליה פיונטייה. והנביא שנתנבה בתחילה אם נתן אות ומופת שומעין לו ואם לאו אין שומעין לו. שני נביאים שנתנבאו כאחת. שני נביאים שנתנבאו בכרך אחד. רבי יצחק ורבי הושעיה חד אמר צריך ליתן אות ומופת. וחרנה אמר אינו צריך ליתן אות ומופת. מתיב מאן דאמר צריך למאן דאמר אינו צריך והא כתיב ויאמר חזקיהי אל ישעהו מה אות. אמר ליה שנייא היא תמן דו עסק בתחיית המתים יחיינו

ait ad eum: *Hæc dicit Dominus, quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima ejus, & populus tuus pro populo ejus.* Et scriptum est ibid. *Et accessit vir Dei; & dixit; sic dicit Dominus.* Et cur: *Et dixit, & dixit* duabus vicibus? Sed in prima allocutione dixit illi. *Si venerit Benadad rex Syriæ sub manum tuam non parces nec misereberis illius;* & in allocutione secunda dixit illi. *Quia dimisisti virnm dignum morte.* Quot retia & anathemata illi feci, donec traderem illum sub manum tuam; at tu eum dimisisti, & abiit in pace: Idcirco *erit anima tua pro anima ejus, & populus tuus pro populo ejus.* Tu deprehendis; quo tempore exierunt Israelitæ ad bellum, nemo mortuus est, nisi Achab rex Israel duntaxat. Atqui scriptum est 1. *Reg.* XXII. 34. *Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum sagittam dirigens, & casu percussit regem Israel inter pulmonem & stomachum: At ille dixit aurigæ suo: verte manum tuam, & ejice me de castris, quia graviter vulneratus sum.* Quomodo ego explicabo: *Et populus tuus pro populo ejus?* R. Jochanan nomine R. Simeon beu Jochai: Illa guata, quæ exiit ex hoc justo, expiavit pro universo Israel.

Constitutio VIII. Qui prophetat in nomine Idololatriæ &c. Dicit R. Jose ben Chanina: Cuncta comprehenduntur in genere. Dictum est enim *Exod.* xx. 15. *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.* Educitur ut judicetnr tam pro signo, quam pro portento, pro Idololatria, & pro reliquis omnibus præceptis: At in Idololatria, sive in animo habuerit evellere totam substantiam, sive in animo non habuerit evellere totam substantiam; juxta verba R. Simeon, eum absolvunt; at juxta verba sapientum, eum lapidant. At in reliquis omnibus præceptis, juxta verba sapientum, eum lapidant; at juxta verba R. Simeon, quod ei mortem diuturniorem darent. Et propheta, qui in principio vaticinatur, si dederit signum, & portentum, illi auscultant, si minus, illi non auscultant. Si duo prophetæ simul vaticinentur; si duo prophetæ in una civitate vaticinentur: R. Isaach, & R. Osajah, alter dicit, quod debeat dare signum; & portentum. Et alter dicit, quod non debeat dare signum & portentum. Respondit, qui dicit, quod debeat, illi qui dicit, quod non debeat: Atqui scriptum est 2. *Reg.* xx. 8. *Dixit autem Ezechias ad Isaiam: Quod erit signum?* Diversum est hoc; Ibi occupatus fuit

מיומיים ביום השלישי יקימנו ונחיה לפניו. אמר רבי יהודה בן פזי לא סוף דבר לחופה אלא אפילו לבית שיש בו חיפה בעיא הדא מילתא. טריקלין וקיטון חופה. וקיטון נכנסת לטריקלין ליי דא מילה. רבי יוחנן אמר ליורשה. ריש לקיש אמר להפר נדריה. אמר רבי זעירא אף על גב דרבי שמעון בן לקיש אמר להפר נדריה מודה שאינו מיפר לה עד שתיכנס לחופה. אמר רבי הונא קרייא מסייע לרבי שמעון בן לקיש לזנות בית אביה. פרט שמסרו שלוחי האב לשלוחי הבעל שלא תהא בסקילה אלא בחנק. ביוצא בהם בשריפה היא והן בשריפה. ביוצא בהן בסקילה היא והן בסקילה. ביוצא בהן בחנק היא והן בחנק.

fuit in resurrectione mortuorum. *Vivificabit nos post duos dies, in die tertia resuscitabit nos: Et vivemus in conspectu ejus. Ose.* VI. 3. Dicit R. Jehuda ben Pazi: Non erit rei finis, pro thalamo, sed pro domo, ubi sit thalamus; hoc requiritur. Triclinium, & cubiculum, thalamus, & cubiculum si ingrediatur: in triclinium, juxta illud quod dicit R. Jochanan, ut hæreditare possit: Risch Lakisch dicit; ut solvat ejus votum. Dicit R. Zehira; licet R. Simeon ben Lakisch ita dicit, ut solvat vota, consentit tamen, quod non possit solvere, nisi postquam ingressa fuerit in thalamum. Dicit R. Huna: Textus favet τῷ R. Simeon ben Lakisch. Dictum est *Deut.* XXII. 21. *Ut fornicaretur in domo patris sui.* Excluditur ea, quæ tradita sit a nunciis patris nunciis mariti, quod ea non lapidetur, sed stranguletur: Si his similes comburuntur, ipsa & ille quoque comburentur; Si his similes lapidantur; ipsa quoque & ille lapidantur; Si his similes strangulantur, ipsa quoque & ille strangulantur.

TRACTATUS DE PŒNIS

Gemara Hierosolymitana illustratus,

NUNC PRIMUM

A BLASIO UGOLINO

Ex Hebraico Latine reddita.

פרק א׳

א׳ ביצה העדים נעשים זוממין מעידים אנו באיש פלוני שהוא בן גרושה או בן חלוצה אין אומרין ייעשה זה בן גרושה או בן חלוצה תחתיו אלא לוקה ארבעים. מעידים אנו באיש פלוני שהוא חייב גלות. אין אומ׳ יגלה זה תחתיו אלא לוקה ארבעים. מעידין אנו באיש פלוני שגירש את אשתו ולא נתן לה כתובתה. והלא בין היום בין למחר סופו ליתן לה כתובתה. אלא אומרי׳ כמה אדם רוצה ליתן בכתזבתח של. זו שאם נתאלמנה

CAPUT PRIMUM.

I. Quomodo fiunt testes falsarii? Si dicant: Nos testamur, de viro N. N. quod sit filius repudiatæ, quod sit filius illius, qui calceum exuit; Non dicunt; Fiat iste filius repudiatæ, aut filius illius, qui calceum exuit, vice alterius; sed vapulat quadraginta plagis: Si dicant: Testamur nos de viro N. N. quod debeat exulare; Non dicent: Exulet iste vice alterius; sed vapulat quadraginta plagis. Si dicant: Testamur nos de viro N. N. quod repudiaverit uxorem suam, atque ei non dederit ejus dotem; Nonne sive hodie sive cras tandem debet dare illi dotem? Sed dicunt; qnantum quis velit dare pro dote ejus: si vidua facta sit, aut repudiata,

או נתגרשה ואם מתה יירשנה בעלה.

ב׳ מעידים אנו באיש פלוני שהוא חייב לחבירו אלף זוז על מנת ליתנם מיכן ועד שלשים יום והוא אומר מיכן ועד עשר שנים אומ׳ כמה אדם רוצה ליתן ויהיו אלף זוז בידיו בין ליתנם מיכן ועד שלשים יום בין ליתנם מיכן ועד עשר שנים.

ב׳ מעידין אנו באיש פלוני שהוא חייב לחבירו מאתים זוז ונמצאו זוממים לוקין ומשלמין שלא השם המביאו לידי מכות מביאו לידי תשלומין דברי רבי מאיר. וחכמים אומרים כל המשלם אינו לוקה.

ד׳ מעידין אנו באיש פלוני שהוא חייב מלקות ארבעים ונמצאו זוממין לוקים שמוני׳ משום לא תענה ברעך עד שקר ומשום ועשיתם לו כאשר זמם לעשות לאחיו דברי ר׳ מאיר. וחכמים אומרים אינן לוקין אלא ארבעים.

ה׳ משלשים בממון ואין משלשים במכות. כיצד העידוהו שהוא חייב לחבירו מאתים זוז ונמצאו זוממין משלשין ביניהן. העידוהו שהוא חייב מלקות ארבעים ונמצאו זוממין כל אחד ואחד לוקה ארבעים.

ו׳ אין העדים נעשים זוממים עד שיזומו את עצמן כיצד אמרו מעידין אנו באיש פלוני שהרג את הנפש אמרו להן היאך אתם מעידים שהרי הנהרג הזה או ההורג היה עמנו אותו היום במקום פלוני אין אילו זוממים. אבל אמרו להן היאך אתן מעידין שהרי אתם הייתם עמנו אותו היום במקום פלוני הרי אילו זוממן ונהרגין על פיהן.

ז׳ באו אחרים והזימום באו אחרים והזימו אפילו מאה כולם ייהרגו. רבי יהודה אומר איסטיסים היא זו אינה נהרגת אלא כת הראשונה בלבד.

ח׳ אין העדים הזוממים נהרגין עד שייגמר הדין שהרי הצדוקי׳ אומרים עד שייהרג שנאמר נפש תחת נפש אמרו להן הכמים והלא כבר נאמר ועשיתם לו כאשר זמם

ta, aut si moriatur, maritus ejus adeat hæreditatem.

II. Testamur nos de viro N. N. quod debeat socio suo mille drachmas eo pacto, ut ille det hinc usque ad triginta dies; & ille dicat, hinc usque ad decem annos: Dicunt: Quantum quis dare velit, ut sint in ejus manu mille drachmæ, sive eas det hinc usque ad triginta dies, sive eas det hinc usque ad decem annos.

III. Testamur nos de viro N. N. quod debeat socio suo ducentas drachmas; & deprehendantur testes falsi, vapulant, & solvunt. Neque enim qua causa vapulant adducuntur ad vapulandum, eadem adducentur ad solvendum. Verba R. Meir. Et sapientes dicunt: Omnes, qui solvunt, non vapulant.

IV. Testamur nos de Viro N. N. quod vapulandus sit quadraginta plagis; Si deprehendantur ejus testes falsi, octoginta plagis vapulant: Quia dictum est *Exod.* xx. 15. *Non dices in proximum tuum testimonium falsum*: Et quia dictum est *Deut.* xix. 19. *Facietis ei, sicut machinatus fuerat facere fratri suo*. Verba R. Meir. Et sapientes dicunt; Non vapulant nisi quadraginta plagis.

V. Tripartito dividunt in pecunia, & non tripartito dividunt in plagis: Quomodo? Si testentur, quod debeat socio suo ducentas drachmas, & deprehendantur falsi, tripartito dividunt inter se: Si testantur, quod vapulandus sit quadraginta plagis, & deprehendantur falsi; Singuli vapulant quadraginta plagis.

VI. Testes non fiunt mendaces, donec non faciant seipsos mendaces. Quomodo? Si dicant: Nos testamur de viro N. N. quod occiderit animam. Atque iis objiciatur: Quomodo vos testamini, siquidem occisus ille, aut occisor fuit nobiscum eo die in loco N. N.? Hi non sunt falsarii: At si illis objiciatur: Quomodo vos testamini, quod vos fueritis nobiscum eo die in loco N. N.? Ecce falsarii fiunt, & ex eorum dicto occidantur.

VII. Si veniant alii, & illos convincant mendacii, si veniant alii; & hos convincant mendacii, vel centum, omnes occiduntur. R. Jehuda dicit: Iniquum hoc quidem erat: Non occiditur nisi prima classis duntaxat.

VIII. Testes mendaces non occiduntur, nisi postquam fuerit absolutum judicium; Etenim Sadducæi dicunt; nisi postquam occisus fuerit. Dictum est enim *Exod.* xxi. 23. *Anima pro anima*. Responderunt illi sapientes: Atqui jam dictum est *Deut.* xix. 19. *Et facietis ipsi*, quem-

לעשות לאחיו והרי אחיו קיים. אם כן למה נאמר נפש תחת נפש. יכול משקיבלו עדותן ייהרגו תלמוד לומר נפש תחת נפש הא אינן נהרגין עד שייגמר הדין.

ט׳ על פי שנים עדים או שלשה עדים יומת המת אם מתקיימת העדות בשנים למה פרט הכתוב שלשה אלא להקיש שלשה לשנים. מה שלשה מזימין את השנים אף שנים יזמו השלשה. ומניין אפילו מאה תלמוד לומר עדים.

י׳ רבי שמעון אומר מה שנים אינן נהרגין עד שיהו שניהן זוממים אף שלשה אינן נהרגין עד שיהו שלשתן זוממין. ומניין אפילו מאה תלמוד לומר עדים.

יא׳ רבי עקיבה אומר לא בא השלישי אלא להחמיר עליו לעשות דינו כינו כיוצא באילו אם כך ענש הכתוב לניטפל לעוברי עבירה כעוברי עבירה על אחת כמה וכמה ישלם שכר לניטפל לעושה מצוה כעושה מצוה.

יב׳ מה שנים נמצא אחד מהן קרוב או פסול עדותן בטילה אף שלשה נמצא אחד מהן קרוב או פסול עדותן בטילה. מניין אפילו מאה תלמוד לומר עדים.

יג׳ אמר רבי יוסי במה דברים אמורים בדיני נפשות אבל בדיני ממונות תתקיים העדות בשאר רבי אומ׳ אחד דיני ממונות ואחד דיני נפשות כזמן שהיתרו בהן. אבל בזמן שלא התרו בהן מה יעשו שני אחין שראו באחד שהרד את הנפש.

יד׳ היו שנים רואין אותו מחלון זה ושנים רואין אותו מחלון זה ואחד מתרה בו באמצע בזמן שמקצתן רואין אילו את אילו הרי אילו עדות אחת. ואם לאו הרי אילו שתי עדיות. לפיכך אם נמצאת אחת מהן זוממת הוא והן נהרגין והשנייה פטורה.

טו׳ רבי יוסי בי רבי יהודה אומר לעולם אינו נהרג עד שיהו שני עידיו מתרין בו

quemadmodum machinatus fuerat facere fratri suo. Atqui ejus frater vivus est: Si ita est, cur dictum est: *Anima pro anima?* Crederem postquam receperint eorum testimonium, eum occiderent? Idcirco dictum est: *Animam pro animam*: Ecce non occiduntur, nisi postquam absolutum fuerit judicium:

IX. *Ex ore duorum aut trium testium interficiatur, qui mori debet: Deut.* XVII. 6. Si confirmatum sit testimonium per duos testes; Cur tres definit textus? Hoc facit, ut æquiparentur tres duobus: Sicut tres convincunt mendacii duos, ita pariter duo poterunt convincere mendacii tres. Unde probatur, vel centum? Ex eo quod dictum est. *Testium.*

X. R. Simeon dicit: Sicut duo non occiduntur, nisi postquam ambo mendacii convicti fuerint, ita pariter tres non occiduntur, nisi postquam tres omnes mendacii convicti fuerint. Et unde probatur, vel centum? Ex eo quod dictum est: *Testium.*

VI. R. Akiba dicit: Non venit tertius, nisi ad se aggravandum, & ad faciendum suum judicium simile judicio illorum: Si ita punit textus illum, qui se associat transgressoribus, ut reputetur ipsemet transgressor, quanto magis rependet mercedem illi qui se associat cum eo, qui facit præceptum, ut ipsemet reputetur faciens præceptum?

XII. Sicut in duobus si deprehendatur unus, qui sit propinquus, aut illegitimus aboletur eorum testimonium, ita pariter si in tribus deprehendatur unus, qui sit propinquus aut illegitimus, abolebitur eorum testimonium. Unde probatur vel centum? Ex eo quod dictum est: *Testium.*

XIII. Dicit R. Jose: De quo hæc dicta sunt? De judiciis capitalibus; At in judiciis pecuniariis, per reliquos testimonium confirmatur. Rabi dicit: Tam in judiciis capitalibus quam in judiciis pecuniariis, quando eos præmonuerint, at si non præmonuerint, quid facient duo fratres, qui simul videant occidentem animam?

XIV. Si duo eum viderint ex hac fenestra, & duo eum viderint ex altera fenestra; & unus eum in medio præmonuerit, quando se mutuo conspexerint, ecce horum una testificatio est; Si minus; horum duæ erunt testificationes. Idcirco si par unum mendax deprehendatur, ipse & illi occiduntur, & par secundum absolvitur.

XV. R. Jose discipulus R. Jehuda dicit: Nunquam occiditur, nisi postquam duo testes eum præmonuerint: Dictum est

שנאמר על פי שנים עדים . דבר אחר על פי שנים עדים שלא תהא סנהדרין שומעת מפי התורגמן.

יו׳ מי שנגמר דינו וברח ובא לפני אותו בירת דין אין סותרין את דינו . כל מקום שיעסדו שנים ויאמרו מעידין אנו באיש פלוני שנגמר דינו בבית דינו של פלוני ופלוני ופלוני עידיו הרי זה ייהרג.

יז׳ סנהדרין נוהגת בארץ ובחוצה לארץ . סנהדרין ההורגת אחד בשבוע נקראת חבלנית . רבי לעזר בן עזריא אומר אחד לשבעים שנה . רבי טרפון ורבי עקיבה אומר אילו היינו בסנהדרין לא נהרג בה אדם מעולם. רבן שמעון בן גמליאל אומר אף הן מרבין שופכי דמים בישראל:

סליק פירקא

הלכה א׳ כיצד העדים נעשין זוממין כו׳. אמר ר׳ יוסי בן חנינה הכל היה בכלל לא תענה בכעך עד שקר. יצא ועשיתם לו כאשר זמם לעשות לאחיו . את שאת יכול לקיים בו ועשיתם לו כאשר זמם וגו׳ . את מקיים בו לא תענה . ואת שאין את יכול לקיים בו ועשיתם לו באשר זמם לעשות לאחיו אין את מקיים בו לא תענה ברעך. דבר אחר ועשיתם לו לא לזרעו . רבי יהושע בן לוי אמר ועשיתם לו . שני דברים מסורין לבירת דין את תופש אחד מהן יצא דבר שהוא מסור לשמי׳ . כתיב ולא יחלל זרעו בעמיו אין לי אלא זרע שהוא מתחלל היא עצמה מניין. ודין הוא מה אם הזרע שלא עבר עבירה הרי הוא מתחלל. היא שעברה עבירה אינו דין שתתחלל . הוא עצמו יוכיח שעבר עביר׳ ואינו מתחלל . לא אם אמרת׳ באיש שאינו מתחלל בכל מקום תאמר באשה שהיא מתחללת בכל מקום. הואיל והיא מתחללת בכל מקום דין הוא שתתחלל . ואם נפשך לומר לא יחול ולא יחלל אף מי שהיה בשר ונתחלל . בר פרייה אמר המחלל לא נתחלל היאך זה מתחלל. עדים שנזדממו רבי

est enim: *Ex ore duorum testium*: Alia expositio: *Ex ore duorum testium*: Ne Synhedrium audiat ex ore interpretis.

XVI. Si quis confecto judicio aufugerit, & reductus fuerit ad Synhedrium, non instauratur ejus judicium. Ubicumque duo exstiterint, & dicant; Testamur nos de viro N. N. quod sit absolutum ejus judicium in Synhedrio N. N. N. N. N. N. Sunt ejus testes; Ecce iste occiditur.

XVII. Synhedrium observatur in terra, & in locis extra terram. Si Synhedrium occidat unum in hebdomada, vocatur perditorium. R. Eliezer ben Azaria dicit; Si unum occidat septuagesimo quoque anno. R. Tarphon, & R. Akiba dicit; Si nos fuissemus in Synhedrio, nemo unquam interfectus fuisset. Raban Simeon ben Gamaliel dicit: Isti quoque multiplicant effusores sanguinis in Israel.

Finis Capitis.

Constitutio I. Quomodo fiunt testes falsarii &c. Dicit R. Jose ben Chanina; Omne comprehenditur in generali. *Non dices in proximum tuum testimonium falsum*. *Exod.* xx. 15. Excluditur: *Et facietis ei, sicut machinatus fuerat &c. Deut.* xix. 19. In quo poteris confirmare: *Et facietis ei, sicut machinatus fuerat &c.* Tu confirmabis: *Non dices*: Et in quo non poteris confirmare: *Et facietis ei, sicut machinatus fuerat facere fratri sui*. Non confirmabis: *Non dices in proximum tuum*: Alia expositio. *Et facietis ei*. Non ejus semini. R. Simeon ben Levi dicit: *Et facietis ei*. Duo tradita sunt Synhedrio: Tu comprehendes unum ex iis. Excluditur res, quæ reservata sit Deo. Scriptum est *Levit.* xxi. 15. *Ne polluat semen suum in populis suis*. Non probo nisi de semine, quod polluitur; de seipso unde probatur? Argumento. Si semen, quod non peccavit, polluitur, ipse, qui peccavit, non erit æquum ut polluatur? Ipsemet probet, qui licet peccaverit, tamen non polluitur. Minime: Si dixisti de homine, qui nullo modo polluitur, dices de fœmina, quæ omnino polluitur? Quandoquidem ipsa omnino polluitur, æquum erit ut polluatur. Si putas: *Non profanabit; & non profanabit*; Vel si fuerit legitimus, profanabitur. Bar Padijah dicit: Profanatus non profanatur, quomodo iste profanabitur? Si testes mendacii convincantur; R. Jochanan dicit *falsum, falsum*: Si testes mendacii convincantur, atque iterum mentiantur; R. Jochanan di-

יוחנן אמר שקר שקר . עדים שנזדממו
והזרו, ונשתקרו רבי יוחנן אמר שקר שקר .
רבי לעזר אמר רשע רשע . ואמר רשע
במחוייבי מיתות . ונאמר רשע במחוייבי
מכות. מה רשע שנאמר במחוייבי מיתות אין
ממון אצל מיתה. אף רשע שנאמר במחוייבי
מכות אין ממון אצל מכות. בר פדייה אמ׳
הוא ינוס לא זוממיו . ואין משלמין כל
הכתובה אבל משלמין הן טובת הניירת
כתובה . כיצד אומ׳ כמה אדם רוצה ליתן
בכתובתה של זו שמא תמות בחיי בעלה
וירשנה בעלה . או שמא ימות בעלה בחייה
ויירש הלה את כתובתה לפיכך הוא משלם .

הלכה ב׳ מעידין אנו באיש פלוני כו׳.

הלכה ג׳ מעידין אנו באיש פלוני כו׳.

הלכה ד׳ מעידין אנו כו׳.

הלכה ה׳ משלשין בממון כו׳. רבי בא
בר ממל רב עמרם רב מתנה בשם רב
המלוה את חבירו על מנת שלא לתובעו
שביעית משמטתו . והא תנינן השוחט את
הפרה וחילקה בראש השנה ומר ר׳ לעזר
רבי יהודה היא . וראוי הוא לתובעו בראש
השנה . כיי דמר רבי בא בשם רבי זעירא
מכיון שאינו ראוי לתובען כמי שאינו ראוי
להאמינו . וכיון שאינו ראוי להאמינו כמי
שאינו ראוי ליתן לו מעות . וכאן הואיל
והוא ראוי ליתן לו מעות ולא נתן נעשית
הראשונה מלוה. רבי יוסי בי רבי בון בשם
רב המלוה את חבירו על מנת שלא
תשמיטינו שמיטה אין השביעית משמטתו.
והא תנינן בין נותנן מיכן ועד שלשים יום
בין נותנן מיכן ועד עשר שנים ויש עשר
שני׳ בלא שמיטה . ר׳ הונא אמ׳ איתפלגון
רב נחמן ורב ששת . חד אמר במלוה לך
המשכון . וחרנה אמ׳ בכותב לו פרוזבול . תני
שלשים יום לא איתי מהו שלשים יום לא
איתי . שמואל אמר המלוה את חבירו סתם
אינו רשאי לתובעו עד שלשים יום . עאל
רבי יהודה ומר טעמא קרבה שנת השבע

dicit; *falsum*, *falsum*: R. Eliezer dicit: *Impium*, *impium*: Memoratur *impius* in iis qui sunt rei mortis, & memoratur *impius* in iis qui sunt vapulandi: Sicut in impio, qui memoratur in iis, qui sunt rei mortis, pecunia separat ejus mortem; ita pariter in impio qui memoratur in iis, qui vapulandi sunt, pecunia non separat plagas; Bar Pedijah dicit: Si ille sit coactus. Non falsarius: Neque rependunt integram dotem, at restituunt bona residentiæ dotis. Quomodo? Si dicat; quantum quis velit dare pro dote hujus; fortasse enim morietur vivo adhuc marito, & maritus ejus hæreditatem adibit; aut fortasse ejus maritus morietur, ipsa adhuc viva; & ipsa hæreditabit ejus dotem, ideoque ipse restituet.

Constitutio II. Testamur nos de viro N. N. &c.

Constitutio III. Testamur nos de viro N. N. &c.

Constitutio IV. Testamur nos &c.

Constitutio V. Tripartito dividunt in pecunia &c. R. Ba bar Mimal, R. Amram, R. Mithena nomine Rab: Qui mutuo dat socio suo eo pacto, ne illud exigat; annus septimus remittit. Atqui legimus; Siquis mactet vaccam, & dividat in principio anni; & dicit R. Eliéser; R. Jehuda ille est. Atqui conveniens est, ut exigat in principio anni. Juxta illud, quod dicit R. Bo nomine R. Zehira: Quoniam non est dignus, ut exigat, non erit quoque dignus, ut ei fides habeatur; & quoniam non est dignus ut ei fides habeatur, non erit quoque dignus, ut ei det pecuniam: & hoc loco, quoniam est dignus, ut ei det pecuniam, si non det, fit primus mutuo dans. R. Jose discipulus R. Bon nomine Rab. Qui mutuo dat socio suo eo pacto, ne annus septimus remittat, annus septimus non remittit: Atqui legimus; sive demus hinc usque ad triginta dies, sive demus hinc usque ad decem annos; Num sunt decem anni sine remissione? R. Huna dicit: Dissentiunt R. Nachman, & R. Sesath. Alter dicit de eo, qui mutuo dat cum pignore; & alter dicit de eo, qui mutuo dat cum scriptura Prosbol. Traditio: Triginta dies non veniunt; quid significat: Triginta dies non veniunt? Samuel dicit: Si mutuo det socio suo simpliciter, non poterit exigere nisi trigesimo die. Adscendens Rabi Jehuda dixit: Ratio est quia dictum est *Deut.* xx. 9. *Appropinquat septimus annus remissionis*. Si non sit annus septimus, erit annus remissionis. Cur dictum est: *Appropinquat annus*

שנת השמיטה. לא היא שנת היא שנת השמיטה ומה תלמוד לומר קרבה שנת השבע שנת השמיטה. שלא תאמר כל שלשים יום אין רשי לתובעו לאחר שלשים יום בהשמט כספים הוא לא יגבנו לפום כן צרך מימר קרבה שנת השבע שהיא השמיטה. ולא כן אמר רבי בא בר ממל רב עמרם רב מתנה בשם רב המלוה את חבירו על מנת שלא לתובעו השביעית משמטתו. אשכח תני רבי ישמעאל קרבה שנת השבע שנת השמיטה. לא היא שנת השבע היא שנת השמיטה. ומה תלמוד לומר קרבה שנת השבע שנת השמיטה שלא תאמר כל שש שנים כרמו לפניו שדהו לפניו ולאחר שש שנים בהשמט כספים הוא. לא יגבנו לפום כן צרך מימ' קרבה שנת השבע שנת השמיטה.

הלכה ו' אין העדים נעשין זוממין כו'. רבי בא בר ממל והוא שנהרג אבל אם לא נהרג לא. הדא היא דתנינן אינה נהרגת אלא כת הראשונה בלבד. רבי בון בר חייא בעא קומי רבי זעירא היו עומדין ומעידין עליו שהרג את הנפש בלוד. באו אחרים ואמרו להן היאך אתם מעידין שהרי אתם הייתם עמנו בחמשה בחדש בקיסרי ובאו אחרים ואמרו להן היאך אתם מעידין שהרי אתם הייתם עמנו בעשרה בחדש בציפורי ההורג אינו נהרג שמא עדים זוממין הן. והעדים אינן נהרגין שמא אמת אמרו.

הלכה ח' אין העדים הזוממין. אמר רבי זעירה הדא אמרה עד זומם אינו נפסל בבית דין אלא מעצמו הוא נפסל. פתר לה בהתרייה. ותני כן א"ר יוסי במה דברים אמורים בשתי כיתי עידיות ובשתי התריות. אבל בעדות אחת ובהתרייה אחת כל עדות שבטלה מקצתה בטלה כולה. מהו כל עדות שבטלה מקצתה בטלה כולה. היו עומדין ומעידין עליו בעשר' בניסן שגנב את השור באחד בניסן וטבח ומכר בחמש' בניסן והוזמו באחד עשר בניסן כל עדות שהעידו מב' בניסן עד חמשה בניסן למפרע הרי אילו פסולין. אמר רבי בא בר ממל תיפתר במעידין עליו בכרך אחד. ולית שמע מינה כלום. ותני כן היו הן הרשונים והן האחרונים. הוזמו בראשונה אין בכך כלום.

nus septimus, annus remissionis? Ne diceres; Toto trigesimo die non potest exigere, post tricesimum diem in remissione argenti erit non furabuntur. Idcirco dicendum erat: *Appropinquat annus septimus annus remissionis*. At non ita dicit R. Bo bar Mimal, R. Amram, R. Mathina nomine Rab: Qui mutuo dat socio suo eo pacto, ne exigat, dies septimus illud remittit. Deprehenditur quod doceat Rabi Ismael: *Appropinquat annus septimus, annus remissionis:* Non est ille annus septimus, est annus remissionis. Et cur dictum est: *Appropinquat annus septimus, annus remissionis?* Ne diceres; Toto sexennio ejus vinea coram eo, ejus ager coram eo, & post sexennium in remissione argenti erit; non furabuntur: Idcirco dicendum erat: *Appropinquat annus septimus, annus remissionis*.

Constitutio VI. Testes non fiunt mendaces &c. R. Ba bar Mimal: & ipse qui occisus est; at non, si non fuerit occisus: Hoc est quod legimus: Non occiditur nisi prima classis duntaxat. R. Bon bar Chijah quæsivit coram R. Zehira: Si ipsi stantes testentur, quod ille occiderit animam in Lud; Si veniant alii, & dicant: Quomodo vos testamini, cum nobiscum fueritis quinta die mensis in Cæsarea? Et veniunt alii & dicant illis: Quomodo vos testamini, cum nobiscum fueritis die decima mensis in Tsippori? Occisor non occiditur; fortasse testes sunt mendaces; & testes non occiduntur, fortasse veritatem dicunt.

Constitutio VIII. Testes non fiunt mendaces. Dicit R. Zehira: Hoc dicit: Si testis fuerit mendax, non improbatur in Synhedrio, sed ipsemet reprobatur: Hoc explicatur de præmonitione. Atqui ita extat traditio: Dicit R. Jose. De quo hæc dicta sunt? De duabus classibus testium, & de duabus præmonitionibus: At de uno testimonio, & de una præmonitione; si in testimoniis pars aboletur, aboletur totum. Quid significat, si in testimoniis pars aboletur, totum aboletur? Si stantes dicant; Die decima Nisan furatus est bovem; die prima Nisan mactavit, & vendidit die quinta Nisan; & si mentiatur die undecima Nisan cuncta testimonia, quæ testati fuerint a die secunda Nisan usque ad quintam Nisan, retrorsum, improbantur. Dicit R. Bo bar Mimal. Potest exponi de illis, qui testantur in una civitate: At hinc nihil explicatur. Atqui ita extat traditio: Isti sunt priores, & illi novissimi: Si mentiuntur in priori classe;

In

בשנייה הרי היא לו עדות אחת. בשלישית הרי היא לו כשתי עדיות. והיכי אמר במעידין עליו בכרך אחר לית שמע מינה כלום. לא אתייא אלא על ידי עדיות סגין. אמר רבי זמירא הדא אמרה עד זומם אינו נפסל בבית דין אלא מעצמו הוא נפסל.

הלכה יג׳ אמר רבי יוסי במה דברים אמורי׳ כו׳. יאמר דיני ממונות ואל יאמר דיני נפשות. שאילו נאמר דיני ממונות ולא נאמר דיני נפשות הייתי אומר דיני ממונות הקלים שלשה מזממין את השנים ושנים אין מזמים את השלשה. מניין אפילו מאה תלמוד לומר עדים. או אילו נאמר דיני נפשות ולא נאמר דיני ממונות הייתי אומר דיני נפשות החמורין שנים מזמים את השלשה שלשה אינן מזמים את השנים. מניין אפילו הן מאה תלמוד לומר עדים.

הלכה יד׳ היו שנים רואין אותו כו׳. אמר רבי ירמיה חמי היך תנינן הכא היו שנים רואין אותו מחלון זה ושנים רואת אותו מחלון זה ואחד מתרה בו באמצע בזמן שמקצתן רואין אילו את אילו הרי אילו עדות אחת ואם לאו הרי אשי תילו עדיות. הא אם היו שלשה לא כרא. אמר רבי יוסי תנינן שלשה לא בדא תנינן הכא מה דלא תנינן בכל סנהדרין הוא והן נהרדין והשנייה פטורה.

הלכה טו׳ רבי יוסי בי רבי יהודה אומר כו׳. תני רבי הושעיה הפסוק הזה אור בשתי כיתי עדים. כי יקום עד חמס באיש. עד זומם שהוא עונה באיש. לענות בו. לא בעידותו. עדים זוממין מהו שיהו צריכין לקבל התרייה. רבי יצחק בר טבליי בשם רבי לעזר עדים זוממין אינן צריכין לקבל התרייה. אמר רבי אבהו לא חיישון לון. אמר רבי יעקב בר דסי ואית נבוליו סגין מאן אילין חמיין חבריהון נפקין מיקטלה ולא אמרין כלום.

הללה יו׳ מי שנגמר דינו כו׳. כתב כל נכסיו לשני בני אדם כאחת היו הערים כשירין לזה ופסולין לזה. רבי הילא אמר איתפלגון

In hoc nihil eſt: Si in ſecunda; ecce teſtimonium unum; ſi in ſecunda; ecce duo teſtimonia: & quando dicit; ſi teſtentur in una civitate, nihil hinc explicari poteſt: Non adducitur niſi per multa teſtimonia: Dicit R. Zehira: Hoc dicit: Si teſtis mentiatur, non improbatur in Synhedrio, at per ſemet improbatur.

Conſtitutio XIII. Dicit R. Joſe: De quo hæc dicta ſunt? &c. Dicendum eſt de judiciis pecuniariis, at non eſt dicendum de judiciis capitalibus. Etenim ſi memorata eſſent judicia pecuniaria, & non memorata eſſent judicia capitalia, dicerem; in judiciis pecuniariis quia ſunt levia, tres faciunt mendaces duos, at duo non faciunt mendaces tres: Unde probatur, vel centum? Ex eo quod dictum eſt; *Teſtium:* Aut ſi memorata eſſent judicia capitalia, & non memorata eſſent judicia pecuniaria, dicerem; in judiciis capitalibus quia ſunt gravia, duo faciunt mendaces tres, at tres non faciunt mendaces duos: Unde probatur, vel ſi eſſent centum? Ex eo quod dictum eſt: *Teſtium*.

Conſtitutio XIV. Si duo eum viderint &c. Dicit R. Jeremia; Vide quomodo hic legimus. Si duo eum viderint ex hac feneſtra, & duo eum viderint ex altera feneſtra, & unus eum in medio præmonuerit, quando ſe mutuo conſpexerint, ecce horum una teſtificatio eſt; ſi minus, ecce horum duæ ſunt teſtificantes: At ſi fuerins tres, nihil inſeruit. Dicit R. Joſe: Legimus: tres, tres nihil inſeruit; Hic legimus, cur non legimus de omnibus ſynhedriis, ipſe & illi occiduntur, & claſſis ſecunda abſolvitur?

Conſtitutio XV. R. Joſe diſcipulus R. Jehuda dicit &c. Exponit R. Oſajah hunc textum, quod dicatur de duabus claſſibus teſtium. *Si ſteterit teſtis mendax contra hominem. Deut.* XIX. 16. Teſtis mendax, qui reſpondeat contra virum; *Accuſans eum*: Non in ſuo teſtimonio. Num teſtes mendaces debent accipere præmonitionem? R. Iſaach ben Tablai nomine R. Elieſer; Teſtes mendaces, non eſt neceſſe, ut accipiant præmonitionem. Dicit R. Abau: Non ſumus ſoliciti de illis. Dicit R. Jacob bar Daſi; & ſunt fraudolenti multi; Ex iis viderunt ſocios ſuos prodeuntes ex occiſione, & nihil dixerunt.

Conſtitutio XVI. Siquis confecto judicio &c. Siquis ſcribat omnes ſuas facultates duobus hominibus ſimul; ſunt teſtes in hoc legitimi, & in illo illegitimi. R. Ela dicit: Diſſentiunt R. Jochanan,

רבי יוחנן ורבי שמעון בן לקיש חד אמ׳ מאחר שהן פסולין לזה פסולין לזה. וחרנה אמר כשיריו לזה ופסולין לזה. רבי מנא לא מפרש. רבי אבון מפרש. רבי יוחנן אמר מאחר שהן פסולין לזה פסולין לזה. רבי שמעון בן לקיש אמר כשירין לזה ופסולין לזה. אמר רבי לעזר מתניתא מסייעה לר׳ יוחנן מה השנים נמצא אחד מהן קרוב או פסול עדותן בטילה אף השלשה נמצא אחד מהן קרוב או פסול עדותן בטילה. מניין אפי׳ מאה תלמוד לומ׳ עדים. רבי יעקב בר אחא אמר איתפלגון רבי חנינה חברון דרבנין ודרבנין. חד אמר יאות א״ר לעזר. וחרנה אמר לא אמר רבי לעזר יאות. מאן דאמר יאות אמר רבי לעזר נעשית כעירות אחת וכהתרייה אחת וכל עדות שבטלה מקצתה בטלה כולה. מאן דאמר לא אמר רבי לעזר יאות נעשים כשתי כיתי עדים כשירין לזה ופסולין לזה.

הלכה יז׳ סנהדרין נוהגת בארץ כו׳. סנהדרין נוהגת בארץ ובחוצה לארץ דכתיב והיו אלה לכם לחוקת משפט לדרתיכם בכל מושבותיכם. ומה תלמוד לומר שופטים ושוטרים תתן לך בכל שעריך בערי ארץ ישראל. אלא שבערי ישראל מושייבין דיינים בכל עיר ועיר. ובחוצה לארץ מושיבין אותן פלכים פלכים. תני רבי דוסתי בי ר׳ ונאי או׳ מצוה לכל שבט שיהא דן את שבטו דכתיב שופטים ושוטרים תתן לך בכל שעריך אשר יי׳ אלהיך נתן לך לשבטיך. תני רבן שמעון בן גמליאל מחוייבי מיתות שברחו מן הארע לחוצה לארץ ממיתין אותן מיד. ברחו מחוצה לארץ לארץ אין ממותין אותן מיד אלא דנין כתחילה:

פרק ב׳

א׳ אילו הן הגולין ההורג נפש בשגגה. היה מעגל במענילה ונפלה עליו והרגתו היה משלשל בחבית ונפלה עליו והרגתו. היה יורד בסולם ונפל עליו והרגו הרי זה גולה. אבל

nan, & R. Simeon ben Lakisch; alter dicit; Postquam sunt in hoc illegitimi, erunt quoque in illo illegitimi. Et alter dicit; Sunt in hoc legitimi, & in illo illegitimi. R. Mena non dividit; R. Abau dividit. R. Jochana dicit: Postquam in hoc sunt illegitimi, in illo quoque erunt illegitimi. R. Simeon ben Lakisch dicit: In hoc sunt legitimi, & in illo sunt illegitimi. Dicit R. Elieser: Misna favet τῷ R. Jochanan; Sicut si in duobus deprehendatur unus ex iis propinquus, aut illegitimus, eorum testimonium aboletur; ita pariter in tribus si deprehendatur unus ex iis propinquus aut illegitimus, eorum testimonium abolebitur. Unde probatur, vel si fuerint centum? Ex eo quod dictum est: *Testium*. R. Jacob bar Acha dicit: Dissentiunt R. Chanina socius sapientum, & sapientes. Alter dicit: recte dicit R. Elieser; & alter dicit; non recte dicit R. Elieser; Qui dicit; recte dicit R. Elieser, consideratur quasi una testificatio, & quasi una præmonitio; & in cunctis testimoniis, quum pars aboletur, aboletur totum; Qui dicit: Recte non dicit R. Elieser; considerantur quasi duæ classes testium; qui sunt in hoc legitimi, & in illo illegitimi.

Constitutio XVII. Synhedrium observatur in terra &c. Synhedrium observatur in terra, & in locis extra terram: Scriptum est enim *Num.* XXXV. 29. *Et hæc erunt vobis in statutum judicii generationibus vestris in cunctis habitationibus vestris*. Et cur dictum est *Deut.* XVI. 18. *Judices & magistros constitues tibi in omnibus portis tuis*? In civitatibus terræ Israel: In civitatibus Israel, constituunt judices in singulis civitatibus: At in locis extra terram constituunt in singulis provinciis: Traditio. R. Dosthai discipulus R. Inai dicit: Præceptum est cunctis tribubus, ut sit judex suæ tribus. Scriptum ut enim: *Judices & magistros constitues tibi in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi per tribus tuas*. Docet Raban Simeon ben Gamaliel: Si rei mortis aufugerint ex terra in loca extra terram, statim eos interficiunt: Si aufugerint ex locis extra terram in terram, statim eos interficiunt, sed eos sicut in principio judicant:

CAPUT II.

I. Isti exulant, qui imprudens interfecerit animam: Si rotet cylindrum, & ceciderit super eum, atque interficiat; Si demittat dolium, & ceciderit super eum, & interficiat, si descendens per scalam reciderit super eum, & in-

אם היה מושך במעגילה ונפלה עליו והרגתו היה דולה בחבית ונפסק החבל ונפלה עליו והרגתו היה עולה בסולם ונפל עליו והרגו הרי זה אינו גולה . זה הכלל כל שבדרך הורדתו גולה ושלא כדרך הורדתו אינו גולה.

ב׳ נשמט הברזל מקתו והרג רבי אומר אינו גולה. וחכמים אומרים גולה. מאן העץ המתבקע רבי אומר גולה. וחכמים אומרים אינו גולה.

ג׳ זרק את האבן לרשות הרבים והרג הרי זה גולה . רבי אליעזר בן יעקב אומ׳ אם משיצאת האבן מידו והוציא הלה את ראשו וקיבלה הרי זה פטור.

ד׳ זרק את האבן לחצירו והרג אם יש רשות לניזק ליכנס לשם גולה ואם לאו אינו גולה . שנ׳ ואשר יבא את רעהו ביער. מה היער רשו׳ לניזק ולמזיק ליכנס לשם. יצא חצר בעל הבית שאין רשות לנזיק ולמזיק ליכנס לשם . אבא שאול אומר מה חטבת העצים רשות . יצא האב המכה את בנו והרב הרודה את תלמידו ושליח בית דין.

ה׳ האב גולה על ידי בנו והבן על ידי האב. הכל גולים על ידי ישראל וישראל גולים על ידיהם חוץ מעל ידי גר תושב. וגר תושב על ידי גר תושב.

ו׳ הסומא אינו גולה דברי ר׳ יהודה ר״מ אומ׳ גולה ר׳ יוסי בי ר׳ יהודה או׳ השונא נהרג מפני שהוא כמועד . ר״ש אומר יש שונא גולה ויש שונא שאינו גולה . כל שהוא יכול לומר לדעת הרג אינו גולה . ושלא לדעת הרג הרי זה גולה.

ז׳ לאיכן גולין לערי׳ מקלט לשלש שבעבר הירדן ולשלש שבארץ כנען שנאמר את שלש הערים תתנו מעבר לירדן וגו׳ . עד שלא נבחרו שלש שבארץ ישראל לא היו שלש שבעבר הירדן קולטות שנאמר שש ערי מקלט תהיינה . עד שיהו שלשתן קולטות כאחת.

ח׳ ומכוונות להן דרכים מזו לזו שנאמר

& interficiat; Ecce iste exulat. At si attrahat cylindrum, & ceciderit super eum & interficiat; Si dolium sursum versum fune trahat, & rumpatur funeis, & ceciderit super eum, & interficiat; si adscendat per scalam, & ceciderit super eum, & interficiat; ecce iste non exulat; Hæc est regula generalis: Quod per descensum factum est, ob id exulat; Quod non est factum per descensum ob id non exulat.

II. Si excidat ferrum ex suo manubrio, & eum interficiat. Rabi dicit; non exulat; & sapientes dicunt: exulat. Si ferrum in findendo ligno, exsiliat; Rabi dicit: exulat; & sapientes dicunt: Non exulat.

III. Si projiciat lapidem in locum Publicum, & occidat; ecce iste exulat. R. Elieser ben Jacob dicit: Si postquam lapis sit emissus e manu sua, alter capite prolato exceperit, ecce iste absolvitur.

יומת המכה מכל מקום אמר ליה רב אחא
מדיפתי לרבינא ואי במות יומתו גמרי מאי
קא קשיא ליה אילימא אשת איש קא קשא
ליה למיתי ולמיגמר מות יומת מאוב וידעוני
מה להלן בסקילה אף כאן בסקילה מדאמר
רחמנא ארועה בסקילה מכלל דנשואה לאו
בסקילה ואלא מכה אביו ואמו קא קשיא
ליה למיתי למיגמר מאוב וידעוני עד דגמרי
מאוב וידעוני ליגמרו מאשת איש ראו אחת

rietur: Strangulatione; tu dicis ſtrangulatione; aut non occidetur niſi aliquo ex ſuppliciis in lege memoratis. Dixiſti? Ubicunque memoratur mors abſolute; tibi non licet trahere ad aggravandum, ſed ad allevandum; verba R. Joſia. R. Jonathan dicit; Non eo quod ſit levior; at ea de cauſa, quod mors, quæ abſolute in lege memorata eſt, non peragatur niſi ſtrangulatione; Rabi dicit: Memoratur mors cœlitus infligenda, & memoratur mors ab hominibus infligenda; Sicut mors, quæ cœlitus infligitur, eſt mors, ubi non eſt ſignum, ita mors, quæ infligitur per manus hominum, eſt mors, ubi non eſt ſignum: Et dic quod ſit combuſtio; ex eo quod dicit textus; filia ſacerdotis punitur combuſtione; conſequitur, quod illa non comburatur. Concedatur juxta mentem R. Jonathan, ſicut explicat Rabi rationem; at juxta mentem R. Joſia; qua de cauſa ſtrangulabitur? Semper dices, quod gladio occidatur. Dicit Raba: Quatuor ſupplicia ex traditione probantur. Quid hoc ſignificat? Eo quod ſit mors levior. Diſſentiunt R. Simeon, & ſapientes: Dicit R. Zira τῷ Abaje: In ceteris lapidandis non memoratur lapidatio, docendum eſt ex Obh & Ideoni: In quo docetur? Ex eo quod dictum eſt: *Moriendo morietur*; docetur; aut ex eo quod dictum eſt: *Sanguis eorum in illis*; docendum erit; Reſpondit: Ex eo quod dictum eſt: *Sanguis eorum, ſanguis eorum in illis*; docendum erit: Si ex eo quod dictum eſt: *Moriendo morietur*; doceatur; *Sanguis eorum, ſanguis eorum* cur memoratur? Si ex eo quod dictum eſt: *Sanguis eorum, ſanguis eorum*; doceatur; *mooiendo morietur*; cur memoratur? Sicut extat traditio *Num.* XXXV. 21. *Moriendo morietur percuſſor homicida ille*. Non probo niſi de morte, quæ de illo deſcribitur. Unde probatur, ſi non poteris occidere morte de illo memorata, quod poſſis illum occidere quavis morte, qua poſſis illum occidere? Ex eo quod dictum eſt: *Moriendo morietur percuſſor*. Omnimode: Dixit R. Acha Midphati τῷ Rabina. Si ex eo quod dictum eſt: *Moriendo morietur*; docetur; quænam erit oppoſitio? Dicendumne eſt quod *in uxore viri* ſit oppoſitio? Ut probetur atque ut doceatur, *moriendo morietur*; ex Obh & Ideoni; ſicut ibi occiditur lapidatione, ita pariter hoc loco lapidatione: Ex eo quod loquatur textus de deſponſata, conſequitur, quod nupta non puniatur lapidatione: Atqui in eo quod dictum eſt: *Qui percuſſerit patrem ſuum, & matrem ſuam*; eſt oppoſitio; ut probe-

רשאי למושכה להחמיר עליה אלא להקל עליה אמר ליה שאר הנסקלין גופייהו רא קשיא ליה דאי במורת יומרת גמרי עד רנמרי מאוב וידעוני ליגמרו מאשת איש.

מתני׳. אלו הן הנסקלין הבא על האם ועל אשת האב ועל הכלה ועל הזכור ועל הבהמה והאשה המביה את הבהמה והמגדף והעובד ע״א והנותן מזרעו למולך ובעל אוב וידעוני והמחלל את השבת והמקלל אביו ואמו והבא על נערה המאורסה והמסית והמדיח והמכשף ובן סורר ומורה הבא על האם חייב עליה משום אם ומשום אשת אב רבי יהודה אומר אינו חייב אלא משום האם בלבד הבא על אשת אב חייב משום אשת אב ומשום אשת איש בין בחיי אביו בין לאחר מיתת אביו בין מן האירוסין בין מן הנישואין הבא על כלתו חייב עליה משום כלתו ומשום אשת איש בין בחיי בנו בין לאחר מיתת בנו בין מן האירוסין בין מן הנישואין.

גמ׳. תניא רבי יהודה אומר אם לא היתה אמו ראויה לאביו אביו חייב אלא משום האם בלבד מאי אינה ראויה לו אילימא חייבי כריתות וחייבי מיתות ב״ד מכלל דרבנן סברי אע״ג דאינה ראויה לו הא לית ליה קידושי בגווה אלא חייבי לאוין ורבי יהודה סבר לה כרבי עקיבא דאמר אין קידושין תופסין בחייבי לאוין מתיב רב אושעיא איסור מצוה ואיסור קדושה חולצות ולא מתייבמות איסור מצוה שניות מדברי סופרים ואמאי קרו להו איסור מצוה שמצוה לשמוע דברי חכמי׳ איסור קדוש׳ אלמנה לכהן גדול גרוש׳ וחלוצ׳ לכהן הדיוט ואמאי קרו להו איסור קדוש׳ דכת׳ קדושי׳ יהיו לאלהיהם ותני עלה רבי יהודה מחליף

betur atque ut doceatur ex Obh & Ideoni; Priusquam doctum esset ex Obh, & Ideoni, poterat doceri ex eo quod dictum est: *Cum uxore viri:* Quod tibi non liceat trahere ad aggravandum, sed ad allevandum: Dixit: In ceteris ipsis lapidandis est oppositio; de quibus ex eo quod dictum est: *Moriendo morietur;* docetur: Priusquam doctum esset ex Obh, & Ideoni, poterat doceri ex eo quod dictum est: *Cum uxore viri.*

Misna: Isti sunt lapidandi. Qui concumbit cum matre, & cum uxore patris, & cum nuru, & cum mare, cum jumento; & mulier quæ jumentum admittit, & blasphemus, & Idololatra, & qui dederit de semine suo Molocho, pythomantis, hariolus, profanator Sabbathi, qui maledicit patri, & matri, qui concumbit cum puella desponsata, seductor, & qui ad apostasiam impellit, magus, filius contumax & rebellis. Qui concumbit cum matre duplici nomine tenetur, propter matrem, & propter uxorem patris: R. Jehuda dicit: Non tenetur nisi propter matrem duntaxat. Qui concumbit cum uxore patris, tenetur propter uxorem patris, & propter uxorem viri, tam in vita, quam post mortem patris, sive uxor sit ex desponsatis, sive ex nuptis: Si concumbat cum nuru, tenetur & propter nurum, & propter uxorem filii, sive in vita sive post mortem filii, sive nurus sit ex desponsatis sive ex nuptis.

Gemara: Traditio: R. Jehuda dicit: Si ejus mater non fuerit conveniens patri suo, non tenetur nisi propter matrem duntaxat: Qua de causa, si non fuerit illi conveniens, dicendumne erit de iis qui sunt rei excidiorum, & rei suppliciorum Synhedrii? Consequitur quod sapientes putent; vel si non fuerit illi conveniens; *Ecce non sunt sponsalia cum gentili;* at erunt rei propter præcepta negativa. At R. Jehuda consentit cum R. Akiba, qui dicit: Sponsalia non comprehenduntur in iis, qui sunt rei propter præcepta negativa: Objicit R. Osajah; Interdictum præcepti, & interdictum sponsalium, discalceationes, at non leviratus: Interdictum præcepti in secundariis est ex verbis scribarum: Et cur vocatur interdictum præcepti? Quod sit præceptum, ut obediatur verbis sapientum: Interdictum sponsalium hoc est; vidua sacerdoti magno, repudiata, & quæ discalceavit, sacerdoti vulgari; & cur vocatur interdictum sponsalium? Ex eo quod scriptum sit *Levit.* XXII. *Sancti erunt Deo suo:* Atqui docetur: R. Jehuda immutando immutabat, quod immutationem discal-

cea-

חלופי הוא דמחליף הא חליצה בעיא ואי
סלקא דעתך רבי יהודה כרבי עקיב׳ סביר׳
ליה מכדי חייבי לאוין לר׳ עקיב׳ כחייבי
כריתות דמי חייבי כריתות לאו בני חליצה
ויבום נינהו לדבריו דתנא קמא קאמר
וליה לא סבירא ליה כי אתא רבי יצחק
תני כותנן רבי יהודה אומר אינו חייב אלא
משום האם בלבד וטעמא מאי אמר אביי
דאמר קרא אמך היא משום אמו אתה
מחייבו ואי אתה מחייבו משום אשת אב
אלא מעתה ערות אשת אביך לא תגלה
ערות אביך היא משום אשת אב אתה מחייבו
ואי אתה מחייבו משום אמו אלא אמו
שהיא אשת אביו קאי הכא וממעט לה קאי
הכא וממעט לה השתא אמו שאינה אשת
אביו מיחייב אשת אביו שאינה אמו מחייב
אמו שהיא אשת אביו לא מיחייב כלל ותו
לרבנן נמי הכתב אמך היה אלא ההוא
מיבעי ליה לכדרב שישא בריה דרב אידי
לרבי יהודה נמי ההוא מיבעי לי׳ לכדרב
שישא בריה דרב אידי אלא אמר רב אחא
בריה דרב איקא אמר קרא ערותה משום
ערוה אחת אתה מחייבו ואי אתה מחייבו
משום שתי ערות אלא מעתה ערות כלתך
לא תגלה אשת בנך היא לא תגלה ערותה
הכי נמי משום ערוה אחת אתה מחייבו
ואי אתה מחייבו משום שתי ערות והתנן
הבא על כלתו חייב עליה משום כלתו
ומשום אשת איש בין בחיי בנו בין לאחר
מיתת בנו ולא פליג רבי והודה אלא כיון
דחד גופא הוא אע״ג דתרי איסורי נינהו
כתוב ערותה אלא אמר רבא קסבר רבי
יהודה ערות אביך זו אשת אביך ומייתי לה
בגזירה שוה ומשמע בין אשת אביו שהיא
אמו בין אשת אביו שאינה אמו אמו שאינ׳
אשת אביו מניין ת״ל ערות אמך לא תגלה

ceatio requirat: Si putas quod R. Jehuda consentiat cum R. Akiba; quoniam qui sunt rei propter præcepta negativa juxta mentem R. Akiba, similes sunt illis, qui sunt rei excidii; At rei excidii non discalceantur, neque leviratum exercent juxta ejus verba: Etenim doctor primus dicit; cum eo non consentit; quando venit Rabi Isaach docuit; sicut legimus; R. Jehuda dicit: Non tenetur nisi propter matrem duntaxat; & quænam est ratio? Dicit Abaje; dicit textus: *Mater tua illa;* propter matrem tu debes condemnare, at tu non poteris condemnare propter uxorem patris. At hinc: *Turpitudinem uxoris patris tui non deteges. Turpitudo enim patris tui est. Levit.* XVIII. 7. Propter uxorem patris tu debes condemnare, at non poteris condemnare propter matrem; at de matre, quæ sit uxor patris, hic agitur, & excludit illam; de illa hic agitur, & illam excludit; nunc propter matrem, quæ non sit uxor patris, tu condemnas, propter uxorem patris, quæ non sit mater, tu condemnas, propter matrem, quæ sit uxor patris omnino non condemnabis? Præterea juxta mentem sapientum similiter scriptum est; *Mater tua illa.* At hoc requiritur juxta mentem R. Scissa bar R. Idi; juxta mentem R. Jehuda similiter hoc requiritur juxta mentem R. Scissa bar R. Idi. At dicit R. Acha bar R. Aicha; dicit textus: *Turpitudinem.* Propter turpitudinem unam tu debes condemnare, at non poteris condemnare propter duas turpitudines: At hinc probari potest: *Turpitudinem nurus tuæ non deteges. Uxor filii tui illa. Levit.* Ibid. *Non deteges turpitudinem ejus;* Hic quoque propter turpitudinem unam tu debes condemnare, at non poteris condemnare propter duas turpitudines. Atqui legimus: Si quis concumbat cum nuru, tenetur & propter nurum, & propter uxorem filii, sive in vita sive post mortem filii; at non dissentit R. Jehuda; At postquam ipsum unum est, licet duo sint interdicta, scriptum est *turpitudinem ejus:* At dicit Raba: Putat R. Jehuda: *Turpitudinem patris tui;* Hæc est uxor patris tui; & hoc probari potest argumento a pari, & intelligitur tam uxor patris, quæ sit ejus mater, quam uxor patris, quæ non sit ejus mater, de matre, quæ non sit uxor patris, unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Turpitudinem matris tuæ non deteges; mater tua illa.* Propter matrem tu debes condemnare, at non poteris condemnare propter uxorem patris. Traditio juxta mentem Raba: *Vir.* Excludi-

אמך היא משום אמו אתה מחייבו ואי אתה
מחייבו משום אשת אביו תניא נמי הכי
דרבא איש פרט לקטן אשר ישכב את אשת
אביו משמע בין אשת אביו שהיה אמו ובין
אשת אביו שלא אמו אמו שאינה אשת
אביו מניין ת״ל ערות אביו גלה מופנה
להקיש ולדון ממנו גזירה שוה מות יומתו
בסקילה אתה אומר בסקילה או אינו אלא
באחת מכל מיתות האמורות בתורה נאמר
כאן דמיהם בם ונאמר באוב וידעוני דמיהן
בם מה להלן בסקילה אף כאן בסקילה
עונש שמענו אזהרה מניין ת״ל ערות אביך
לא תגלה ערות אביך זו אשת אביך אתה
אומר אשת אביך או אינו אלא ערות אביך
ממש נאמר כאן ערות אביך לא תגלה
ונאמר להלן ערות אביו גלה מה להלן
באישות הכתוב מדבר אף כאן באישות
הכתוב מדבר ומשמע בין אשת אביו שהיא
אמו בין אשת אביו שאינה אמו אמו שאינה
אשת אביו מניין ת״ל ערות אמך לא תגלה
אין לי אלא באזהרה שעשה הכתוב אמו
שאינה אשת אביו כאמו שהיא אשת אביו
עונש מנין נאמר כאן ערות אביך לא תגלה
ונאמר להלן ערות אביו גלה מה באזהרה
ע״ה הכתוב אמו שאינה אשת אביו כאמו
שהיא אשת אביו אף בעונש עשה הכתוב
אמו שאינה אשת אביו כאמו שהיא אשת
אביו אמך היא משום אמו אתה מחייבו ואי
אתה מחייבו משום אשת אב ורבנן ערות
אביך ממש האי מואת זכר נפקא לחייב
עליו שתים וכדרב יהודה דאמר רב יהודה
כותי הבא על אביו חייב שתים הבא על
אחי אביו חייב שתים אמר רבא מסתברא
מילתיה דרב יהודה בישראל בשוגג ובקרבן
והאי דקאמר כותי לישנא מעליא הוא
דאי סלקא דעתך כותי ממש דינו מאי ניהו

ditur puer; *Qui dormierit cum uxore patris sui:* Intelligitur sive sit uxor patris, quæ sit ejus mater, sive sit uxor patris, quæ non sit ejus mater; de matre, quæ non sit uxor patris, unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Turpitudinem patris sui detegit*. Redundat; ut æquiparetur, atque ut argumentum fiat ex eo a pari: *Moriendo morietur:* Lapidatione; tu dicis lapidatione: Aut non occidetur nisi aliquo ex suppliciis in lege memoratis: Memoratur hic: *Sanguis eorum in eis*; & memoratur in Obh & Ideoni; *Sanguis eorum in eis*; Sicut ibi occiditur lapidatione, ita pariter hoc loco lapidatione. Pœnam audivimus, præmonitio unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Turpitudinem patris tui non deteges; turpitudinem patris tui;* Hæc est uxor patris tui; Tu dicis quod sit uxor patris tui; aut non erit nisi turpitudo patris tui simpliciter: Dictum est hic *turpitudinem patris tui non deteges*, & dictum est ibi: *Turpitudinem patris sui detexit*. Sicut ibi de uxoribus textus loquitur, ita pariter hoc loco de uxoribus textus loquitur; Et intelligitur, sive sit uxor patris, quæ sit ejus mater, sive sit uxor patris, quæ non sit ejus mater; De matre, quæ non sit uxor patris, unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Turpitudinem matris træ non deteges:* Non probo nisi in præmonitione, quod ab textu consideretur mater, quæ non sit uxor patris, sicut mater quæ sit uxor patris, in pœna nude probatur? Ex eo quod hic dictum sit: *Turpitudinem patris tui non deteges;* Et ibi dictum sit. *Turpitudinem patris sui detegit;* Sicut in præmonitione ab textu consideratur mater, quæ non sit uxor patris, sicut mater, quæ sit uxor patris, ita pariter in pœna ab textu consideratur mater, quæ non sit uxor patris; sicut mater, quæ sit uxor patris: *Mater tua illa*. Propter matrem tu debes condemnare, at non poteris condemnare propter uxorem patris. At sapientes: *Tupitudinem patris tui*; Simpliciter ex masculo probant; ut ejus causa duplici nomine teneatur; at juxta mentem R. Jehuda; etenim dicit R. Jehuda; Si Cuthæus concumbat cum patre suo, duplici nomine tenetur; si concumbat cum fratre patris sui, duplici nomine tenetur; Dicit Raba; Probabiliter R. Jehuda putat de Israelita in errore, & in sacrificio; & qui dicit de Cuthæo modo præstantiori loquitur: *Si putas* quod de illo, qui sit certe Cuthæus agatur, quodnam erit ejus judicium?

קטלא בתרי קטלי קטלת ליה תניא נמי הכי הבא על אביו חייב שתים הבא על אחי אביו חייב שתים איכא דאמרי דלא כרבי יהודה ואיכא דאמרי אפילו תימא רבי יהודה ומייתי לה בקל וחומר מאחי אביו ומה אחי אביו דקורבא דאביו הוא חייב שתים אביו לא כ״ש וקמיפלגי בפלוגתא דאביי ורבא מר סבר עונשין מן הדין ומר סבר אין עונשין מן הדין ורבנן אזהרה לאשת אביו מנא להו נפקא להו מערות אשת אביך לא תגלה ורבי יהודה ההוא מיבעי ליה לאזהרה לאשת אביו לאחר מיתה ורבנן ההוא מסיפא דקרא נפקא ערות אביך היא ורבי יהודה ההוא מיבעי ליה משום אשת אב אתה מחייבו ואי אתה מחייבו משום אשת איש והאנן תנן הבא על אשת אב חייב עליה משום אשת אב ומשום אשת איש בין בחיי אביו בין לאחר מיתת אביו ולא פליג רבי יהודה אמר אביי פליג בברייתא ורבנן עונש דאשת אביו לאחר מיתה מנא להו בשלמא רבי יהודה מייתי לה בגזירה שוה אלא רבנן מנא להו אמרי לך ההוא ערות אביו גלה דמפיק לה ר׳ יהודה לגזירה שוה מפקי ליה אינהו לעונש דאשת אביו לאחר מיתה ורבנן עונש לאמו שאינה אשת אביו מנא להו אמר רב שישא בריה דרב אידי אמר קרא אמך היא עשאה הכתוב לאמו שאינה אשת אביו כאמו שהיא אשת אביו. הבא על כלתו כו׳. וליחייב נמי משום אשת בנו אמר אביי פתח הכתוב בכלתו וסיים באשת בנו לומר לך זו היא כלתו זו היא אשת בנו.

Ut occidatur? Num duobus suppliciis occidetur? Similiter ita extat traditio: Si concumbat cum patre duplici nomine tenetur, si concumbat cum fratre patris, duplici nomine tenetur; Alli dicunt hoc non esse juxta mentem R. Jehuda, & alii dicunt; vel si dicat R. Jehuda: & probari potest argumento a minori ad majus a fratre patris: Si propter fratrem patris, eo quod sit propinquus patris, duplici nomine tenetur, propter patrem nonne multo magis? At dissentiunt Abaje, & Raba: Mor putat, quod argumento possit puniri; Et mor putat, quod argumento non possit puniri: At sapientes præmonitionem pro uxore patris; unde probant? Ex eo quod dictum est: *Turpitudinem patris tui non deteges*? Probant. At R. Jehuda hoc requirit de præmonitione pro uxore patris post ejus mortem: At sapientes ex fine textus probant: *Turpitudo patris tui illa*. At R. Jehuda hoc requirit: Propter uxorem patris tu debes condemnare, at non debes condemnare propter uxorem viri; At nos legimus: Si concumbat cum uxore patris, tenetur & propter uxorem patris, & propter uxorem viri, tam in vita patris, quam post mortem patris; At non dissentit R. Jehuda; Dicit Abaje: Dissentit in Barajetha. At sapientes pœnam uxoris patris post mortem, unde probant? Concedatur; R. Jehuda hoc probat argumento a pari; At sapientes unde probant? Tibi dicunt; ex eo quod dictum est: *Turpitudinem patris sui detexit*. Quod eruit R. Jehuda ex argumento a pari eruit pœnam pro uxore patris post mortem: At sapientes pœnam pro matre, quæ non sit uxor patris, unde probant? Dicit R. Scissa bar R. Idi; dicit textus: *Mater tua illa*. Consideratur a textu mater, quæ non sit uxor patris, sicut mater, quæ sit uxor patris: Si concumbat cum nuru &c. Ut teneatur quoque propter uxorem filii; Dicit Abaje: Incipit textus in nuru & desinit in uxore filii, ut tibi dicat: Eadem est nurus, ac uxor filii.

מתני׳. הבא על הזכור ועל הבהמה והאשה המביאה את הבהמה בסקילה אם אדם חטא בהמה מה חטאת אלא לפי שבאת לאדם תקלה על ידה לפיכך אמר הכתוב תסקל ד״א שלא תהא בהמה עוברת בשוק ויאמרו זו היא שנסקל פלוני ע״י.

Misna: Si concumbat cum masculo & cum jumento, & mulier si succumbat jumento, lapidatur: Si homo peccavit, quid peccavit bestia? At quia per illam homini exitium procuratur, idcirco dicit textus; *lapidabitur*. Alia expositio: Ne bestia transeat per plateam, & dicant: Hæc est bestia, cujus causa, N. N. lapidatus est.

גמ׳. זכר מנא לן דתנן איש פרט לקטן אשר ישכב את זכר בין גדול בין קטן משכבי אשה מגיד לך הכתוב ששני משכבות באשה

Gemara: De masculo unde probatur? Ex eo quod tradiderunt sapientes: *Vir*; excluditur puer: *Qui concubuerit cum masculo*. Sive fuerit majorennis, sive mi-

א״ר ישמעאל הרי זה בא ללמד ונמצא
למד מות יומתו בסקילה אתה אומר בסקילה
או אינו אלא באחת מכל מיתות האמורות
בתורה נאמר כאן דמיהן בם ונאמר באוב
וידעוני דמיהם בם מה להלן בסקילה אף
כאן בסקלה. עונש שמענו אזהרה מנין ת״ל
את זכיר לא תשכב משכבי אשה תועבה
היא למדנו אזהרה לשוכב אזהרה לנשכב
מניין ת״ל לא יהיה קדש מבני ישראל ואומר
וגם קדש היה בארע עשו כתועבות הגוים
אשר הוריש וגו׳ דברי רבי ישמעאל רבי
עקיבא אומר אינו צריך הרי הוא אומר
ואת זכר לא תשכב משכבי אשה קרי ביה
לא תשכב בהמה מנא לן דתנו רבנן איש
פרט לקטן אשר יתן שכבתו בבהמה בין
גדולה בין קטנה מות יומת בסקילה אתה
אומר בסקילה או אינו אלא באחד מכל
מיתות האמורות בתורה נאמר כאן תהרגו
ונאמר להלן כי הרג תהרגנו מה להלן
בסקילה אף כאן בסקילה למדנו עונש
לשוכב עונש לנשכב מנלן ת״ל כל שוכב עם
בהמה מות יומת אם אינו עניין לשוכב
תניהו עניין לנשכב למדנו עונש בין לשוכב
בין לנשכב אזהרה מניין ת״ל ובכל בהמה
לא תתן שכבתך לטמאה בה למדנו אזהרה
לשוכב לנשכב מניין ת״ל לא יהיה קדש מבני
ישראל ואומר וגם קדש היה בארץ וגו׳ דברי
רבי ישמעאל רבי עקיבא אומר אינו צריך
הרי הוא אומר לא תתן שכבתך לא תתן
שכיבתך הבא על הזכור והביא עליו זכר
אמר רבי אבהו לדברי רבי ישמעאל חייב
שתים חדא מלא תשכב וחדא מלא יהיה
קדש לדברי רבי עקיבא אינו חייב אלא
אחת לא תשכב לא תשכב חדא היא הבא
על הבהמה והביא בהמה עליו אמר רבי
אבהו לדברי רבי ישמעאל חייב שתים חדא

minoremnis: *Concubitu muliebri*. Ostendit tibi textus, quod duo sint genera concubitus in fœmina: Dicit R. Ismael: Ecce venit ad discendum, & deprehenditur quod doceat: *Moriendo morientur*. Lapidatione: Tu dicis lapidatione aut non erit nisi aliquo ex suppliciis in lege memoratis; Memoratur hic: *Sanguis eorum in illis*; & memoratur in Obh & Ideoni, *sanguis eorum* in illis: Sicut ibi punitur lapidatione, ita pariter hoc loco lapidatione. Pœnam audivimus, præmonitio unde probatur? Ex eo quod dictum est *Leviti* XVIII. 22. *Cum masculo non concumbes concubitu muliebri; scelus illud*. Percepimus præmonitionem pro concumbente, præmonitio pro succumbente unde probatur? Ex eo quod dictum est *Deut.* XXIII. 18. *Non erit cinædus de filiis Israel*. Pariterque dictum est 1. *Reg.* XIV. 25. *Sed & effœminati fuerunt in terra, feceruntque omnes abominationes gentium, quas attrivit &c.* Verba R. Ismael; R. Akiba dicit: Non est necesse; Ecce jam dictum est: *Et cum masculo non concumbes concubitu muliebri*: De eo legitur: *Non concumbes cum bestia*: Unde probatur? Ex eo quod tradiderunt sapientes: *Vir*: Excluditur puer; *Qui dederit concubitum suum in bestiam*: Sive magna, sive parva fuerit: *Moriendo morietur*: Lapidatione; tu dicis lapidatione, aut non erit nisi aliquo ex suppliciis in lege memoratis: Memoratur hic: *occidetis*; & memoratur *Deut.* XIII. 10. *Occidendo occidetur*. Sicut ibi punitur lapidatione, ita pariter hoc loco lapidatione: Pœnam percepimus pro concumbente, pœna pro succumbente unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Omnis qui concubuerit cum bestia, moriendo morietur*: Si non explicetur pro concumbente, explicetur pro succumbente; Percepimus pœnam tam pro concumbente, quam pro succumbente, præmonitio unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Et in omnem bestiam non dabis concubitum tuum, ut ea polluaris*: Percepimus præmonitionem pro concumbente, præmonitio pro succumbente unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Non erit cynædus de filiis Israel*. Pariterque dictum est: *Sed & effœminati erant in terra &c.* Verba R. Ismael; R. Akiba dicit: Non est necesse; ecce jam dictum est: *Non dabis concubitum tuum, non dabis concubitum tuum*. Si concumbat cum masculo, si succumbat masculo; Dicit R. Abau juxta verba R. Ismael, duplici nomine tenetur, uno ex eo quod dictum est: *Non concumbes*: Et altero ex eo quod dictum est:

מלא תתן שכבתך וחדא מלא יהיה קדש
לדברי רבי עקיבא אינו חייב אלא אחת
שכבתך ושכיבתך חדא היא אביי אמר אפילו
לדברי רבי ישמעאל נמי אינו חייב אלא
אחת דכי כתב לא יהיה קדש בגברי כתב
אלא לרבי ישמעאל אזהרה לנשכב מנא
ליה נפקא ליה מכל שוכב עם בהמה מות
יומת אם אינו עניין לשוכב תניהו עניין
לנשכב לנשב כואפקיה רחמנא לנשכב בלשון
שוכב מה שוכב ענש והזהיר אף נשכב ענש
והזהיר הנרבע לזכר והנרבע לבהמה אמר
רבי אבהו לדברי רבי עקיבא חייב שתים
חדא מלא תשכב וחדא מלא תתן שכבתך
לדברי רבי ישמעאל אינו חייב אלא אחת
אידי ואידי לא יהיה קדש הוא אביי אמר
אפילו לדברי רבי ישמעאל נמי חייב שתים
דכתב כל שוכב עם בהמה מות יומת אם
אינו עניין לשוכב תניהו עניין לנשכב ואפקיה
רחמנא לנשכב בלשון שוכב מה שוכב ענש
והזהיר אף נשכב ענש והזהיר אבל הבא
על הזכור והביא זכר עליו הבא על הבהמה
והביא בהמה עליו בין לרבי אבהו בין לאביי
לרבי ישמעאל חייב שלש לרבי עקיבא חייב
שתים תנו רבנן זכור לא עשו בו קטן כגדול
בהמה עשו בה קטנה כגדולה מאי לא עשו
בו קטן כגדול אמר רב לא עשו ביאת פחות
מבן תשע שנים כבן תשע שנים ושמואל
אמר לא עשו ביאת פחות מבן שלש שנים
כבן שלש שנים במאי קמיפלגי רב סבר כל
דאיתי' בשוכב איתי בנשכב וכל דליתיה
בשוכב ליתיה בנשכב ושמואל סבר משכבי
אשה כתיב תניא כוותיה דרב זכר בן תשע
שנים ויום אחד הבא על הבהמה בין
כדרכה בין שלא כדרכה והאשה המביאה
את הבהמה עליה בין כדרכה בין שלא
כדרכה חייב דרש רב נחמן בר רב חסדא

eſt : *Non erit cynædus*. Juxta verba R. Akiba non tenetur niſi uno : *Non concumbes*, *non concumbes* ; unum idemque eſt : Si concumbat cum beſtia, ſi ſuccumbat beſtiæ; dicit R. Abau juxta verba R. Iſmael duplici nomine tenetur, uno ex eo quod dictum eſt : *Non dabis concubitum tuum* ; & altero ex eo quod dictum eſt : *Non erit cynædus :* At juxta verba R. Akiba, non tenetur niſi uno : *Concubitum tuum*, *concubitum tuum :* unum idemque eſt . Abaje dicit : Vel juxta verba R. Iſmael pariter non tenetur niſi uno ; eo quod ita ſcriptum ſit : *Non erit cynædus*. De hominibus ſcriptum eſt : At juxta mentem R. Iſmael; præmonitio pro ſucumbente unde probatur ? probatur ex eo quod dictum eſt : *Omnis qui concubuerit cum beſtia*, *moriendo morietur*. Si non explicatur pro concumbente, explicetur pro ſuccumbente, & profert textus pro ſuccumbente vocabulo concumbentis : Sicut in concumbente eſt pœna, & præmonitio, ita pariter in ſuccumbente eſt pœna & præmonitio: Qui coit cum maſculo, & qui coit cum beſtia ; dicit R. Abau juxta verba R. Akiba ; duplici nomine tenetur ; uno ex eo quod dictum eſt : *Non concumbes*. Et altero ex eo quod dictum eſt : *Non dabis concubitum tuum* ; juxta verba R. Iſmael non tenetur niſi uno ; uterque comprehenditur in eo quod dictum eſt : *Non erit cynædus :* Abaje dicit : Vel juxta verba R. Iſmael pariter duplici nomine tenetur ; Scriptum eſt enim: *Omnis qui concubuerit cum beſtia*, *moriendo morietur ;* Si non explicatur pro concumbente, explicetur pro ſuccumbente : Et profert textus pro ſuccumbente vocabulo concumbentis. Sicut concumbens punitur, & præmonetur, ita pariter ſuccumbens punitur, & præmonetur. At ſi concumbat cum maſculo, ſi ſuccumbat maſculo, ſi concumbat cum beſtia, ſi ſuccumbat beſtiæ, tam juxta mentem Rabi Abau quam juxta mentem Abaje, & R. Iſmael, triplici nomine tenetur. Juxta mentem R. Akiba duplici nomine tenetur: Tradiderunt ſapientes : In maſculo non conſideratur minorennis ſicut majorennis, in beſtia conſideratur minorennis ſicut majorennis; Cur in eo non conſideratur minorennis ſicut majorennis? Dicit Rab: Non conſideratur concubitus illius qui ſit natu minor novem annis, ſicut concubitus illius, qui ſit novem annorum ; At Samuel dicit: Non conſideratur concubitus illius, qui ſit natu minor tribus annis, ſicut concubitus illius, qui ſit trium annorum. In quo diſſentiunt ? Rab putat,

quod

באשה שני משכבות ובבהמה משכב אחד
מתקיף לה רב פפא אדרב' אשה דאורחא
היא אמשכב מיחייב אמידעם אחרינא לא
מחייב בהמה דלאו אורחה היא לחיי' עלה
על כל נקב ונקב תני' (דלא כתרוייהו) זכר
בן תשע שנים ויום אחד הבא על הבהמה
בין כדרכה בין שלא כדרכה והאשה המביאה
את הבהמה עליה בין כדרכה בין שלא
כדרכה חייב אל' רבינא לרבא המערה בזכור
מהו המערה בזכור משכבי אשה כתיב ביה
אלא המערה בבהמה מהו אל' אם
אינו עניין להעראה דכתיבא גבי אחות אביו
ואחות אמו דלא צריכא דהא איתקש
להעראה דנדה תניהו עניין להעראה דבהמה
מכדי בהמה מחייבי מיתות בית דין היא
למה לי דכתיב להעראה דידה גבי חייבי
כריתות לכתביה גבי חייבי מיתות בית דין
ולינמור חייבי מיתת בית דין מחייבי מיתת
בד' הואיל וכוליה קרא לדרשא הוא דאתא
כתיבא נמי מילתא דדרשא בעא מיניה רב
אחדבוי בר אמי מרב ששת המערה בעצמו
מהו אל' קבסתן אמר רב אשי מאי תיבעי לך
בקושי לא משכה' לה משכחת לה במשמש
מת למאן דאמר משמש מת בעריות פטור
הכא פטור ולמאן דאמר חייב הכא מיחייב
תרתי מיחייב אשוכב ומיחייב אנשכב בעו
מיניה מרב ששת כותי הבא על הבהמה
תקלה וקלה וקלון בענן והכא תקלה איכא
קלון ליכא או דילמא תקלה אע״פ שאין קלון
אמר רב ששת תניתוה מה אילנות שאין
אוכלין ואין שותין ואין מריחין אמרה תורה
השחת שרוף וכלה הואיל ובא לאדם תקלה
על ירן המתעה את חבירו מדרכי חיים
לדרכי מיתה על אחת כמה וכמה אלא
מעשה כותי המשתחוה לבהמתו תיתסר
ומקטלא מי איכא מידי דלישראל לא אסר

quod omne, quod explicatur de concumbente, explicandum sit de succumbente; & omne, quod non explicatur de concumbente, non sit explicandum de succumbente; Et Samuel putat; *Concubitu muliebri*; scriptum est: Traditio juxta mentem Rab: Si masculus novem annorum, & diei unius concumbat cum bestia sive juxta consuetudinem, sive præter consuetudinem, si fœmina succumbat bestiæ sive juxta consuetudinem sive præter consuetudinem, tenetur: Exponit R. Nachman bar Rabi Chasda in muliere duo genera concubitus, & in bestia concubitum unum. Objicit Rabi Papa: Contra; fœmina quæ solet concumbere, a parte adversa tenetur, ab aversa non tenetur, at bestia, quæ ita non solet, pro singulis foraminibus tenetur: Traditio, quæ non extat juxta utriusque opinionem: Masculus, qui sit nomen annorum, & diei unius si concumbat cum bestia, sive juxta consuetudinem sive præter consuetudinem, & fœmina, quæ concumbat cum bestia sive juxta consuetudinem sive præter consuetudinem, tenetur: Dixit Rabina τῷ Raba: Qui se denudat cum masculo: Quid significat; qui se denudat cum masculo? *Concubitu muliebri*: Scriptum est: At qui se denudat cum bestia, quid erit? Respondit: Si non explicatur respectu denudationis; quæ scripta est in sorore patris, & in sorore matris matris, quod non est necesse, ut æquiparetur denudationi menstruatæ; explicetur pro denudatione bestiæ; eo quod bestia sit ex iis qui tenetur morte ex decreto Synhedrii. Qua de causa? Quia scripta est ipsa denudatio de iis qui sunt rei excidii, scribendum erat de iis qui sunt rei mortis ex decreto Synhedrii, & explicandi erant rei mortis ex decreto Synhedrii, ex reis mortis ex decreto Synhedrii; quoniam totus textus exponendus erat describendus erat, hoc quoque erat exponendum. Quæsivit R. Achadabui bar Amme a Rabi Sesath: Siquis denudet semetipsum, quid erit? Respondit: Torques nos: Dicit R. Asse: Quidnam abs te quæro? De membro virili, quando durum est, non deprehenditur, sed deprehenditur de membro mortuo: sc. *quando elanguit*: Juxta mentem illius, qui dicit: Si cum membro mortuo concumbat in turpitudinibus, absolvitur: Hoc loco absolvitur: hic liber est: & juxta mentem illius, qui dicit, tenetur; hic duplici nomine tenetur, tenetur nomine concumbentis, & tenetur nomine sucumbentes: Quæsierunt a Rabi Sesath: Si concum-

ולכותי אסר ישראל גופיה ליתסר מידי
דהודה ארביעה אמר אביי זה קלונו מרובה
והדה קלונו מועט והרי אילנות דאין קלונן
מרובה ואמרה תורה השחת שרוף וכלה
בבעלי חיים קאמרינן דחס רחמנא עליהו
רבא אמרה תורה בהמה ניהנית מעביר׳
תיהרג והרי אילנות דאין ניהנין מעבירה
ואמרה תורה שחת שרוף וכלה בבעלי חיים
קאמרינן דחס רחמנא עלייהו ת״ש ד״א שלא
תהא בהמה עוברת בשוק ויאמרו זו היא
שנסקל פלוני על ידה מאי לאו מדסיפא
תקלה וקלון רישא תקלה בלא קלון והיכי
דמי כותי הבא על הבהמה לא סיפא תקלה
וקלון רישא הא קמ״ל דאפילו קלון בלא
תקלה נמי מיחייבי והיכי דמי ישראל הבא
על הבהמה בשוגג וכדבעי רב המנונא דבעי
רב המנונא ישראל הבא על הבהמה בשוגג
מהו תקלה וקלון בענן והכא קלון איכ׳ תקלה
ליכא או דילמא קלון אע״פ שאין תקלה
אמר רב יוסף הא שמע בת שלש שנים
ויום אחד מתקדשת בביאה ואם בא עליה
יבם קנאה וחייבין עליה משום אשת איש
ומטמאה את בועלה לטמא משכב התחון
כעליון ניסת לכהן אוכלת בתרומה בא עליה
אחד מן הפסולין פסלה מן הכהונה ואם
בא עליה אחד מכל העריות האמורות בתורה
מומתין על ידה והיא פטורה אחר מכל
עריות ואפילו בהמה והא הכא דקלון איכא
תקלה ליכא וקתני מומתין על ידה כיון
דמזידה היא תקלה נמי איכא ורחמנ׳ הוא
דחס עלה עלה דידה חס אבהמה לא חס
אמר רבא ת״ש בן תשע שנים ויום אחד
הבא על יבמתו קנאה ואינו נותן גט עד
שיגדיל ומטמא כנדה לטמא משכב תחתון
ליון פוסל ואינו מאכיל ופוסל את הבהמה
מעל גבי המזבח ונסקלת ע׳ ואם בא על

cumbat Cuthæus cum bestia, quid erit? De offendiculo, & de ignominia inquirimus. Atqui hic est offendiculum, at non est ignominia; aut fortasse offendiculum, licet non sit ignominia; Dicit R. Sesath; explicavimus: Si de arboribus, quæ non comedunt, neque bibunt, neque odorant, dicit lex; corrumpes, combures, & absumes; cujus causa venit in hominem offendiculum & errare facit socium suorum a via vitæ ad viam mortis quanto magis? Hinc Cuthæus, qui adorat jumentum suum; erit vetitum, & occiditur: Quid erit? Quoniam Israelitæ non est interdictum, & Cuthæo erit interdictum? Israelitæ ipsi erit interdictum: Postquam concubuit cum bestia: Dicit Abaje: Hæc ignominia magna est, & illa ignominia parva est. Atqui de arboribus, quarum ignominia non est magna, dicit lex corrumpes, combures, & absumes; De vivis dicimus, quibus parcit textus: Raba dicit; dicit textus: Bestia, quæ inserviit peccato, occidatur; Atqui de arboribus, quæ non inservierunt peccato, dicit lex; corrumpes, combures, & absumes: De vivis dicimus, quibus parcit textus: Veni & audi: Alia expositio: Ne bestia transeat per plateam, & dicant; Lapidatus est N. N. ejus causa: Quid significat? Quoniam finis est offendiculum, & ignominia principium, offendiculum sine ignominia, quomodo erit? Si Cuthæus concumbat cum bestia, non erit finis offendiculum, & ignominia principium: Hoc nobis dicit: Vel si fuerit ignominia sine offendiculo, pariter damnatur; Quomodo explicatur? Si Israelita coeat cum bestia per errorem: Sicut quæsivit R. Amenuna; Etenim quæsivit R. Amenuna; Si Israelita coeat cum bestia per errorem, quid erat? Offendiculum & ignominia requiritur; at hic est ignominia, at non est offendiculum; aut fortasse ignominia, vel si non sit offendiculum. Dicit R. Joseph: Veni & audi: Filia trium annorum & diei unius despondetur concubitu; Si cum ea concumbat levir, eam acquirit; & ejus causa tenentur propter uxorem viri, & polluit eum, qui cum ipsa concumbit, ut polluat cubili inferiori sicut superiori; Si nubat sacerdoti, comedet ex thruma, si cum ea concumbat aliquis ex illegitimis, profanatur a sacerdotio: Si concumbat eum ea aliquis ex omnibus turpitudinibus quæ memorantur in lege, ejus causa occiditur, & ipsa absolvitur. Aliquis ex omnibus turpitudinibus, vel bestia: Ecce hic est ignominia at non est offendiculum: Atqui

אחת מכל העריות האמורות בתורה מומתים על ידו והא הכא קלון איכא תקלה ליכא וקתני נסקלת על ידו כיון דמזיד הוא תקלה נמי איכא ורחמנ' הוא דחס עילויה על דיריה חס רחמנא אבהמה לא הס רחמנא תא שמע דבר אחר שלא תהא בהמה עוברת בשוק ויאמרו זו היא שנסקל פלוני על ידה מאי לאו מדסיפא תקלה וקלון רישא קלון בלא תקלה והיכי דמי ישראל חבא על הבהמה בשוגג לא סיפא תקלה וקלון רישא תקלה בלא קלון והיכי דמי כותי הבא על הבהמה וכדבעו מיניה מרב ששת׃

מתני'. המגדף אינו חייב עד שיפרש השם אמר רבי יהושע בן קרחה בכל יום דנין את העדים בכינוי יכה יוסי את יוסי נגמר הדין לא הורגין בכינוי אלא מוציאין כל אדם לחוץ שואלין את הגדול שביניהן ואומר לו אמור מה ששמעת בפירוש והוא אומר והדיינין עומדין על רגליהן וקורעין לוא מאחין והשנו אומר אף אני כמוהו והשלישי אומר אף אני כמוהו.

גמ'. תנא עד שיברך שם בשם מנהני מילי אמר שמואל דאמר קרא ונוקב שם בנקבו שם יומת ממאי דהאי נוקב לישנא דברוכי הוא דכתיב מה אקב לא קבה אל ואזהרתיה מהכא אלהים לא תקלל ואימא מיברז הוא דכתיב ויקב חור בדלתו ואזהרתיה מהכא ואבדתם את שמם לא תעשון כן לי״' אלהיכם בעינא שם בשם וליכא ואימא דמנח שני שמות אהדדי ובזע להן ההוא נוקב וחוזר ונוקב הוא ואימא דחייק שם אפומה דסכינא ובזע בה ההוא חורפא דסכינא הוא דקא בזע אימא פרושי שמיה הוא

qui doceatur: Ejus causa occidetur: Quando ipsa agat consulto, pariter est offendiculum; Atqui textus illi parcit, illi parcit, at bestiæ non parcit. Dicit Raba: Veni & audi: Filius novem annorum, & diei unius si concumbat cum sua levira, ipsam acquirit neque poterit dare libellum repudii donec adolescat, & polluit ut menstrua, ut polluat cubili inferiori sicuti superiori; reprobat, neque facit comedere, & reprobat bestiam ab altari, ut lapidetur ejus causa; si vero concumbat cum aliqua ex omnibus turpitudinibus in lege memoratis, ejus causa occiditur; Atqui hic est ignominia, at non est offendiculum: Atqui docetur; ejus causa lapidatur; quando hoc fiat consulto, offendiculum quoque ibi erit; at textus illi parcit, illi parcit textus, at bestiæ non parcit textus: Veni & audi: Alia expositio: Ne bestia transeat per plateam, & dicant: Lapidatus est N. N. ejus causa: Quid significat? Quoniam finis est offendiculum, & ignominia principium; si fuerit ignominia sive offendiculo quid erit? Si Israelita concumbat cum bestia per errorem; non erit finis offendiculum, & ignominia principium; offendiculum sine ignominia quomodo erit? Si Cuthæus coeat cum bestia; Sicut hoc quæsierunt a R. Sesath.

Misna. Blasphemus non tenetur, nisi exprimat nomen. Dicit R. Jehosua ben Korcha: Toto die testes examinantur per cognomen: Percutiat Jose Josen: Perfecto judicio, non interficitur propter cognomen, sed exactis omnibus interrogant maximum, qui sit inter eos dicendo: Dic quod audisti: expresse; Et ille dicit: Judices stantes lacerabant vestes, neque . resarciebant: Et secundus dicebat: Ego quoque sicut ille; Et tertius dicebat: Ego quoque sicut ille.

Gemara: Docet: donec maledicat nomen in nomine: Hinc dicit Samuel; dicit textus *Levit.* XXIV. 16. *Et quia blasphemaverit nomen*; Propter exsecrationem nominis morietur: Unde probatur, quod נוקב denotet exsecrationem? Ex eo quod scriptum est *Num.* XXIII. 18. *Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus?* Et ejus præmonitio probatur ex eo quod dictum est *Exod.* XXII. 27. *Diis non maledices*. Et dic quod significet *perforare*: Scriptum est enim 2. *Reg.* XII. 10. *Aperuitque foramen in porta*; Et ejus præmonitio probatur ex eo quod scriptum est *Deut.* XII. 3. *Disperdite nomina eorum; non facietis ita Domino Deo vestro*. Requiritur nomen in nomine, at non est; & dic si ponat duo nomina simul, & diffindat, & perforet atque iterum perforet: Et dic, si radat nomen acie gladii, & diffindat ore gladii,

דכתיב ויקח משה ואהרן את האנשים
האלה אשר נקבו בשמות ואזהרתיה מהכא
את ה׳ אלהיך תירא חדא דבעינ׳ שם בשם
וליכא ועוד הויא ליה אזהרת עשה ואזהרת
עשה לא שמה אזהרה ואיבעי׳ אימא אמ׳
קרא ויקב ויקלל למימרא דנוקב קללה הוא
ודילמא עד דעבר תרויהו לא סלקא דעתך
דכתי׳ הוצא את המקלל ולא כתיב הוצא
את הנוקב והמקלל שמע מינה חדא היא
תנו רבנן איש מה תלמוד לומר איש איש
לרבות את הנכרים שמוזהרון על ברכת השם
כישראל ואינן נהרגין אלא בסייף שכל מיתה
האמורה בבני נח אינה אלא בסייף והא
מהכא נפקא מהתם נפקא ה׳ זו ברכת השם
אמר רבי יצחק נפחא לא נצרכא אלא
לרבות את הבינויין ואליבא דרבי מאיר
דתניא איש איש כי יקלל אלהיו ונשא
חטאו מה ת״ל והלא כבר נאמר ונוקב שם
ה׳ מות יומת לפי שנאמר ונוקב שם מות
יומת יכול לא יהא חייב אלא על שם
המיוחד בלבד מניין לרבות כל הכינויין ת״ל
איש כי יקלל אלהיו מכל מקום דברי רבי
מאיר והחכמים אומרים על שם המיוחד
במיתה ועל הכינויין באזהרה ופליגא דרבי
מיישא דאמר ר׳ מיישא בן נח שבירך את
השם בכינוי׳ לרבנן חייב מאי טעמא דאמר
קרא כגר כאזרח גר ואזרח הוא דבענן
בנקבו שם אבל כותים אפילו בכנוי ור׳
מאיר האי כגר כאזרח מאי עביד לי גר ואזרח
בסקילה אבל כותי בסייף ס״ד אמינא הואיל
איתרבו ואיתרבו קמ״ל ור׳ יצחק נפחא
אליבא דרבנן האי כגר כאזרח מאי עביד
ליה גר ואזרח הוא דבענן שם בשם אבל
כותים לא בענן שם בשם איש איש למה לי

dii, quando diffindit, dic: Isti sunt qui expessi sunt nominibus suis. Hinc scriptum est *Num.* I. 17. *Et cepit Mose & Aharon, viros istos, qui recensiti sunt nominibus.* Et ejus præmonitio probatur ex eo quod dictum est *Deut. Dominum Deum tuum timebis.* Requiritur nomen in nomine; at non est; & præterea est præmonitio præcepti affirmativi; atqui præmonitio præcepti affirmativi non vocatur præmunitio: Si velis, dic: Dicit textus; ויקב ויקלל, ut dicatur idem esse נוקב ac קללה & fortasse, priusquam utrumque consideratum esset, poteras dicere, scriptum est: *Educ blasphemum*; at non scriptum est educ הנוקב; hinc probatur quod blasphemus idem sit. Tradiderunt sapientes: *Vir.* Cur dictum est *vir vir?* Ad includendum alienigenas, quod præmoneantur de maledictione nominis sicut Israelita; neque occiduntur nisi gladio: Etenim omne supplicium, quod memoratur in filiis Noe, non peragitur, nisi gladio, & quod hinc eruitur inde eruitur. *Deo.* Hæc est maledictio nominis. Dicit R. Isaach faber; Non est necesse nisi ut includantur cognomina; & juxta mentem R. Meir. Etenim extat traditio: *Vir vir qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum. Levit.* XXIV. 15. Cur dictum est? Cum jam dictum sit: *Et quia blasphemaverit nomen Domini, moriendo moriatur.* Ibid. Ex eo quod dictum sit: *Et quia blasphemaverit nomen Domini, moriendo morietur:* Dicerem non tenetur nisi propter nomen peculiare duntaxat: Unde probatur ad includenda omnia cognomina? Ex eo quod dictum est: *Vir qui maledixerit Deo suo.* Omnimode. Verba R. Meir: & sapientes dicunt: Propter nomen peculiare tenetur morte, & propter cognomina præmonetur. Atqui dissentit R. Missa; Etenim dicit R. Missa: Noachida si maledixit nomen cognomine juxta mentem sapientum tenetur. Qua de causa? Quia dicit textus: *Sicut advena ita & civis:* In advena & cive requiritur maledictio nominis; At in Cuthæis, vel in cognominibus: Et R. Meir illud: *Sicut advena ita & civis*, quomodo explicat? Advena & civis puniuntur lapidatione, at Cuthæi gladio: Si putas, dicam; postquam inclusi sunt, includantur, dicit nobis: Et Rabi Isaach faber juxta mentem sapientum, illud *sicut advena ita & civis*, quomodo explicat? In advena & in cive requiritur nomen in nomine, at in Cuthæis non requiritur nomen in nomine: *Vir vir*; Qua de causa? dicit textus juxta consuetudinem hominum: Tradiderunt sapientes.

De

דיברה תורה כלשון בני אדם תנו רבנן שבע
מצות נצטוו בני נח בדינין וברכת השם עא֗
גילוי ערות ושפיכות דמים וגזל ואבר מן
החי רבי חנניה בן גמלא אומר אף על
הדם מן החי רבי חידקא אומר אף על
הסירוס רבי שמעון אומר אף על הכישוף
רבי יוסי אומר כל האמור בפרשת כישוף בן
נח מוזהר עליו לא ימצא בך מעביר בנו
ובתו באש קסם קסמים מעונן ומנחש
ומכשף וחובר חבר ושואל אוב וידעוני
ודורש של המתים וגו׳ ובגלל התועבות
האלה ה׳ אלקיך מוריש אותם מפניך ולא
ענש אלא אכ֗ הזהיר רבי אלעזר אומר אף
על הכלאים מותרין בני נח ללבוש כלאים
ולזרוע כלאים ואין אסורין אלא בהרבעת
בהמה ובהרכבת האילן מנהני מילי אמר
רבי יוחנן דאמר קרא ויצו ה׳ אלהים על
האדם לאמר שכל עץ הגן אכל תאכל ויצו
אלו הדינין וכן הוא אומר כי ידעתיו למען
אשר יצוה את בניו וגו׳ יי׳ זו ברכת השם
וכן הוא אומר ונוקב שם ה׳ מות יומת
אלהים זו עא֗ וכן הוא אומר לא יהיה לך
אלהים אחרים על האדם זו שפיכות דמים
וכן הוא אומר שופך דם האדם וגומר לאמר
זו גילוי עריות וכן הוא אומר לאמר הן
ישלח איש את אשתו והלכה מאתו והיתה
לאיש אחר מכל עץ הגן ולא גזל אכל תאכל
ולא אבר מן החי כי אתא רבי יצחק תני
איפכא ויצו זו עא֗ אלקים זו דינין בשלמא
אלהים זו דינין דכתיב ונקרב בעל הבית אל
האלקים אלא ויצו זו עא֗ מאי משמע רב
חסדא ורב יצחק בר אבדי׳ חד אמר סרו
מהר מן הדרך אשר צויתי׳ עשו להם וגומר
וחד אמר עשוק אפרים רצוץ משפט כי
הואיל הלך אחרי צו מאי ביניהו איכא
ביניהו נכרי שעשה עא֗ ולא השתחוה לה

De septem præceptis jussi sunt Noachidæ, de judiciis, de maledictione nominis, de Idololatria, de scortationibus, de effusione sanguinum, de rapina, & de membro ex bestia viva. Rabi Chananjah ben Gamla dicit atque etiam de sanguine ex bestia viva. Rabi Chidacha dicit, etiam de castratione: R. Simeon dicit etiam de incantatione: Rabi Jose dicit: Quod memoratum est in sectione incantationis, de eo præmonetur Noachida. *Non invenietur in te, qui traducat filium suum, aut filiam suam per ignem, aut qui ariolos sciscitetur, & observet somnia, atque auguria, nec sit maleficus nec incantator, nec qui Pythones consulat, nec divinos, aut quærat a mortuis veritatem &c. Et propter instiuscemodi scelera delebit eos Dominus Deus tuus in introitu tuo Deut.* XVIII. 10. At non erit pœna, nisi prius præcedat præmonitio. R. Elieser dicit: Vel heterogenea permissa sunt Noachidis, ut induant heterogenea, & serant heterogenea, & non est vetitum nisi coitus bestiæ, & insitio arborum. Hinc dicit R. Jochanan; dicit textus *Genes.* II. 16. *Et præcepit Dominus Adam dicens: Ex omni ligno comedendo comedes. Et præcepit.* Ista sunt judicia. Et similiter dictum est *Genes.* XVIII. 19. *Scio enim quid sit præcepturus filiis suis &c. Deus.* Hæc est maledictio nominis: Et sic dictum est: *Et quia blasphemaverit nomen Domini moriendo moriatur: Deus:* Hæc est Idololatria: & similiter dictum est. *Non erunt tibi dii alii. Adam:* Hæc est effusio sanguinum: Et sic dictum est: *Effundens sanguinem hominis &c. Dicendo.* Hæc est detectio turpitudinum: Et sic dictum est *Jerem.* III. 1. *Dicendo: Si dimiserit vir uxorem suam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum: Ex omni ligno paradisi:* At non rapiet. *Comedendo comedet;* at non membrum ex bestia viva: Quando venit R. Isaach, contra docuit: *Et præcepit:* Hæc est Idololatria: *Deus.* Hæc sunt judicia: Concedatur, quod *Deus* designet judices: Scriptum est enim *Exod.* XXII. 8. *Et accedet dominus domus ad deos:* At: *Et præcepit;* designat Idololatriam. Quomodo intelligit R. Chasda, & R. Isaach bar Abdimi? Alter dicit: *Recesserunt cito de via, quam ostendisti eis feceruntque sibi Exod.* XXXII. 8. Et alter dicit: *Calumniam patiens est Ephraim, fractus judicio, quoniam abiit post sordes. Ose.* V. 11. Quænam est controversia inter eos? In hoc consistit controversia inter eos: Si alienigena faciat Idololatriam, at non adoret, juxta mentem illius qui dicit:

למאן דאמר עשו משעת עשייה מיחייב
למאן דאמר כי הואיל הלך עד דאויל
בתרה ופלח לה אמר רבא ומי איכא למאן
דאמר נכרי שעשאה ע״א ולא השתחוה לה
חייב והתני׳ בע״א דברים שב״ד של ישראל
ממיתין עליהן בן נח מוזהר עליהן אין ב״ד
של ישראל ממיתין עליהן אין בן נח מוזהר
עליהן למעוטי מאי לאו למעוטי נכרי שעשה
ע״א ולא השתחוה לה אמר רב פפא לא
למעוטי גיפוף ונישוק גיפוף ונישוק דמאי
אילימא כדרכ׳ בר קטלא הוא אלא למעו׳
שלא כדרכה דינין בני נח איפקוד והתניא
עשר מצות נצטוו ישראל במרה שבע
שקיבלו עליהן בני נח והוסיפו עליהן דינין
ושבת וכיבוד אב ואם דינין דכתיב שם שם
לו חוק משפט שבת וכיבוד אב ואם דכתיב
כאשר צוך ה׳ אלהיך ואמר רבי יהודה כאשר
צוך במרה אמר רב נחמן אמר רבה בר
אבוה לא נצרכא אלא לערה ועדים
והתראה אי הכי מאי והוסיפו עליהן דינין
אלא אמר רבא לא נצרכא אלא לדיני
קנסות אכתי והוסיפו בדינין מיבעו ליה
אלא אמר רב אחא בר יעקב לא נצרכא
אלא להושיב בית דין בכל פלך ופלך ובכל
עיר ועיר והא בני נח לא איפקוד והתניא
כשם שנצטוו ישראל להושיב בתי דינין בכל
פלך ופלך ובכל עיר ועיר כך נצטוו בני נח
להושיב בתי דינין בכל פלך ופלך ובכל עיר
ועיר אלא אמר רבא האי תנא תנא רבי
מנשה הוא דמפיק ד״ן ועייל ס״ך דתנא רבי
מנשה שבע מצות נצטוו בני נח ע״א וגילוי
עריות שפיכות דמים גזל ואבר מן החי
סירוס כלאים רבי יהודה אומר אדם הראשון
לא נצטווה אלא על ע״א בלבד שנ׳ ויצו ה׳
אלהים על האדם רבי יהודה בן בתירה
אומר אף על ברכת השם ויש אומרים אף על

Fecerunt. A tempore qua fecerit opus, reus erit; juxta mentem illius qui dicit: *Quoniam abiit post sordos:* donec veniat post eam & adoret: Dicit Raba; Quid erit juxta mentem illius, qui dicit: Si alienigena faciat Idololatriam, & non adoret, tenetur? Atqui extat traditio: De Idololatria dictum est; in iis quorum causa Israelitæ in Synhedrio occiduntur, Noachida præmonetur; Et in iis, quorum causa Israelitæ in Synhedrio non occiduntur, Noachida non præmonetur: Ad excludendum; quid significat? ad excludendum alienigenam, qui faciat Idololatriam, at eam non adoret. Dicit R. Papa non ad excludendum amplectentem, & osculantem; Si amplectetur, & osculetur, quid erit? Dicendumne est, si fiat juxta institutum, quod occidatur? At ad excludendum, quando non faciat juxta institutum: De judiciis Noachidæ jussi sunt: Atqui extat traditio: Decem præcepta jussi sunt Israelitæ in Marah, ex quibus septem receperunt Noachidæ, iisque addiderunt judicia & Sabbathum, & honorem patris & matris: De judiciis scriptum est *Exod.* XV. 25. *Ibi ibi constituit statutum & judicium;* Sabbathum, & honorem patris & matris; Scriptum est ibid. *Sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus:* Et dicit R. Jehuda: *Sicut præcepit tibi in Marah*. Dicit R. Nachman, dicit Raba bar Abua; non requiritur nisi congregatio testes, & præmonitio; si ita est, cur addiderunt judicia? At dicit Raba; Non est necesse nisi pro judiciis mulctarum; adhuc addiderunt; In judiciis requiritur: At dicit Rabi Acha bar Jacob; non fuerunt obligati; nisi ut constituerent Synhedria in singulis urbibus & oppidis; atque hoc non jussi fuerunt Noachidæ; Atqui extat traditio. Sicut jussi fuerunt Israelitæ, ut constituerent Synhedria in singulis civitatibus & oppidis, ita pariter jussi fuerunt Noachidæ ut constituerent Synhedria in singulis civitatibus & appidis: At dicit Raba; iste doctor, qui docet, est R. Menassa; qui excludit judicia, & maledictionem nominis, & includit castrationem, & heterogenea. Etenim docet Rabi Menassa, de septem præceptis jussi sunt Noachidæ, sc. de Idololatria, de scortationibus, de effusione sanguinum, de rapina, de menbro ex bestia viva, de castratione, & de heterogeneis. R. Jehuda dicit: Primus homo non fuit jussus nisi de Idololatria duntaxat; dictum est enim: *Et præcepit Dominus Deus Adam*. Rabi Jehuda ben Bethira dicit: Etiam de maledictione nominis, & alii dicunt; Etiam de judiciis:

הדיני׳ כמאן אזלא הא דאמר רב יהודה
אמר רב אלהים אני לא תקללוני אלהים אני
לא תמירוני אלהים אני יהא מוראי עליכם
כמאן ביש אומרים תנא רבי מנשה אי דריש
ויצו אפילו הנך נמי אי לא דריש ויצו הני
מנא ליה לעולם לא דריש ויצו הני כל חדא
והדא באפי נפשה כתיבא ע״א וגילוי עריות
דכתיב ותשחת הארץ לפני האלקים ותנא
דבי רבי ישמעאל כל מקום שנ׳ השחתה
אינו אלא דבר ערוה וע״א דבר ערוה שנאמר
כי השחית כל בשר ארץ דרכו ע״א דכתיב
פן תשחיתון ועשיתם וגו׳ ואידך אורחייהו
דקא מגלי שפיכות דמים דכתיב שופך דם
האדם וגומר ואידך קטליתו הוא דקמגלו
גזל דכתיב כירק עשב נתתי לכם את כל
וא״ר לוי כירק עשב ולא כירק גנה ואידך
ההוא למישרא בשר הוא דאתא אבר מן
החי דכתיב אך בשר בנפשו דמו לא תאכלו
ואידך ההוא למישרי שרצים הוא דאתא
סירוס דכתיב שרצו בארץ ורבו בה ואידך
לברכה בעלמא כלאים דכתיב מן העוף
למינהו ואידך ההוא לצותא בעלמא אמר רב
יוסף אמרי בי רב על שלש מצות בן נח
נהרג. גש״ר סימן. על גילוי עריות ועל
שפיכות דמים ועל ברכת השם מתקיף לה
רב ששת בשלמא שפיכות דמים דכתיב שופך
דם האדם וגו׳ אלא הנך מנא להו אי גמר
משפיכות דמים אפילו כולהי נמי אי משום
דאיתרבאי מאיש איש ע״א נמי איתרבי
מאיש איש אלא אמר רב ששת אמרי בי
רב על ד׳ מצות בן נח נהרג ועל ע״א בן נח
נהרג והתניא בע״א דברים שבית דין של
ישראל ממיתין עליהן בן נח מוזהר עליהן
אזהרה אין מיתה לא אמר רב נחמן בר
יצחק אזהרה שלהן זו היא מיתתן רב הונא
ורב יהודה וכולהו תלמידי דרב אמרי על

ciis: Cujusnam hæc ſententia eſt? Hoc eſt quod dicit R. Jehuda; dicit Rab: Deus ego ſum; Non maledices mihi: Deus ego ſum: Ne me immutes: Deus ego ſum; ſit timor meus ſuper vos: Cujusnam hæc ſententia eſt? Juxta mentem illorum, qui dicunt: Docet R. Menaſſa; Si exponat *& præcepit;* hæc quoque comprehenduntur; ſi vero non exponit; *& præcepit*. Hæc unde probantur? Nunquam exponit; *& præcepit:* Hæc ſingula ſeparatim ſcripta ſunt de Idololatria, & de ſcortationem; Scriptum eſt enim *Geneſ.* VI. 11. *Corrupta eſt autem terra coram Deo.* Et docet diſcipulus R. Iſmael; Ubicunque dicitur; *corrupta eſt;* non eſt niſi ſcortatio, & Idololatria: De ſcortatione ſcriptum eſt *Geneſ.* VI. 12. *Quia omnis caro corruperat viam ſuam*: De Idololatria ſcriptum eſt *Deut.* IV. 16. *Ne forte corrupti faciatis &c.* Alia expoſitio: Obiter effuſiones ſanguinum manifeſtantur: Scriptum eſt enim: *Qui effuderit ſanguinem hominis &c.* Alia expſitio: Occiſio eſt, quæ manifeſtatur; De rapina; ſcriptum eſt enim: *Geneſ.* IX. 3. *Quaſi olera virentia tradidi vobis omnia.* At dicit R. Levi: Quaſi olera virentia, at non quaſi olera horti: Alia expoſitio: Ad permittendum carnem venit: De membro ex beſtia viva, ſcriptum eſt enim ibid. *Excepto quod carnem cum ſanguine non comedetis:* Alia expoſitio: Ad permittendum reptilia venit: De Eunucho: Scriptum eſt enim: *Creſcite & multiplicate ſuper terram*: Alia expoſitio: Propter ſimplicem benedictionem; De heterogeneis, ſcriptum eſt enim ibid. *De volucribus juxta ſpeciem ſuam.* Alia expoſitio: Propter ſimplex præceptum. Dicit R. Joſeph; dixerunt diſcipuli Rab; Propter tria præcepta Noachida occiditur; גשר ſignum; de ſcortationibus, de effuſione ſanguinum, & de maledictione nominis; Objecit Rabi Seſſath; Concedatur de effuſione ſanguinum; Scriptum eſt enim: *Qui effuderit ſanguinem hominis &c.* At hoc unde probat? Si docet ex effuſione ſanguinum; Vel omnia probari poſſunt; Si ea de cauſa ut includantur ex eo quod dictum eſt: *Vir, vir.* Vel Idololatria includenda erit ex eo quod dictum eſt: *Vir vir.* At dicit R. Seſſath; dixerunt diſcipuli Rab: Propter quatuor præcepta occiditur Noachida; & propter Idololatriam Noachida occiditur. Atqui extat traditio de Idololatria; In iis, quorum cauſa Iſraelitæ in Synhedrio occiduntur, Noachida præmonetur; præmonitio non eſt mors; Non dicit R. Nachman, quod eorum præmonitio ſit eorum mors. R. Huna, & R. Je-

שבע מצות בני נח נהרג גלי רחמנא בחדא
והוא הדין לכולהי ועל הגזל בן נח נהרג
והתניא על הגזל גנב וגזל ובן יפרת תואר
וכן כיוצא בהז כותי בכותי וכותי בושראל
שבתוכה דמי ואבד או הילמ׳ כיון דעילה ונפקה כלבושה דמי תיקו. ואת כל שללה תקבוץ אל תוך רחובה וכו׳. תנו רבנן אין לה רחוב אינה נעשית עיר הנידחת דברי ר׳ ישמעאל רבי עקיבא אומר אין לה רחוב עושין לה רחוב במאי קמיפלגי מר סבר רחוב מעיקרא משמע ומר סבר רחוב השתא נמי משמע וההקדשות שבה יפדו וכו׳. תנו רבנן היו בה קרשי קדשים קרשי מזבח ימותו קרשי ברק הבית יפדו ותרומו׳ ירקבו ומעשר שני וכתבי הקדש יגנזו ר״ש אומר בהמתך ולא בהמת בכור ומעשר שללה פרט לכסף הקדש וכסף מעשר אמר היו בה קרשי קרשים קרשי מזבח ימותו ואמאי ימותו ירעו עד שיסתאבו וימכרו ויפלו דמיהן לנדבה ר׳ יוחנן אמר זבח רשעים תועבה ריש לקיש אמר ממון בעלים הוא והכא בקרשים שחייב באחריותן ורבי שמעון היא שמעון הו׳ רישא לאו רבי שמעון אלא בקרשים קלים ואליבא דרבי יוסי הגלילי דאמר קרשים קלים ממון בעלים אבל קרשי קרשים מאי יפדו ארתני סיפא קרשי ברק הבית יפדו ליפלוג ולתני בדידה בד״א בקרשי׳ קלים אבל קרשי כרשים יפדו כיון דאיכא חטאת שמתו בעליה דלמיתה אזלא לא פסיקא ליה בשלמא ר׳ יוחנן לא אמר כריש לקיש דכתב זבח רשעים תועבה אלא ר״ל מ״ט לא אמר כרבי יוחנן אמר לך כי אמרינן זבח רשעים תועבה הני מילי היכא דאתנהו בעיניהו אבל הכא כיון דאישתני אישתני רבי שמעון אומר בהמתך ולא בהמת בכור במאי עסיקינן אילימא בתמימין שלל שמים הוא אלא בבעלי מומין שללה נינהו אמר רבינא לעולם בבעלי מומין ומי שנאכל בתורת בהמתך יצאו אלו שאין נאכלין בתורת בהמתך אלא בתורת בכור ומעשר דשלל

sicut vestimentum reputantur. Quæstio est indecisa. *Et omne spolium ejus coacervabis in plateam ejus.* Tradiderunt sapientes: Si illi non fuerit platea, non fit urbs impulsa; verba R. Ismael: R. Akiba dicit: Si illi non sit platea, facient illi plateam: In quo dissentiunt? Mor putat, quod præcipue platea intelligatur; & Mor putat, quod platea intelligatur quæ in presentia sit. Et sanctitates quæ in ea fuerint, redimentur &c. Tradiderunt sapientes: Si in ea fuerint sanctitates sanctitatum, sanctitates altaris morientur, sanctitates instaurationis domus redimentur, & Thrumoth, & oblationes spontaneæ, & decima secunda, & scripturæ sanctæ recondentur: R. Simeon dicit: *In pecore tuo:* At non de pecore primogenito, & decimo. *Spolium ejus:* Excludit argentum sanctitatis, & argentum decimæ; Dicit Mor; Si in ea fuerint sanctitates sanctitatum, sanctitates altaris morientur: Qua de causa morientur? Pascent, donec vitientur, ut vendantur, & eorum pretia cedant instaurationi domus. R. Simeon dicit: *Sacrificium impiorum abominabile. Prov.* XXI. 27. Risch Lakisch dicit: Opes dominorum sunt, & hic agitur de sanctitatibus in quibus est obligatio de futuro damno. Et R. Simeon dicit: Pretium dominorum est; Quoniam finis propositionis est R. Simeon, principium non erit R. Simeon; at de sanctitatibus levibus juxta mentem R. Jose Galilæi, qui dicit: In sanctitatibus levibus pretium est dominorum; sanctitates sanctitatum cur redimentur? Quando docet finem; quod sanctitates instaurationis domus redimuntur; dividendu erat, & separatim explicandam; De quo hæc dicta sunt? De sanctitatibus levibus; at sanctitates sanctitatum redimentur; Ubi in sacrificio pro peccato mortui sint ejus domini, quoniam morti destinabatur, nihil intererat. Concedatur. R. Jochanan non dicit juxta mentem Risch Lakisch; Scriptum est enim: *Sacrificium impiorum abominabile:* At Rabi Levi qua de causa non dicit juxta mentem Rabi Jochanan? Tibi dicit, eo quod dicamus: *Sacrificium impiorum abominabile.* Hic intelligitur, quando adsint. At hoc loco quoniam immutatum est, immutatum erit. R. Simeon dicit: *In pecore tuo.* At non in pecore primogenito. De quo agimus? Num de perfectis? Spolium cœli illa sunt. At vitiata sunt ejus spolium. Dicit Rabina: Semper de vitiatis agitur; Quod comeditur in lege *in pecore tuo.* Excluduntur ista, quæ non comeduntur in lege *in pecore tuo;* at in lege primoge-

שמים נינהו ופליגא דשמואל דאמר שמואל
הכל קרב והכל נפדה מאי קאמר הק̈ כל
שקרב כשהוא תם ונפדה כשהוא בעל מום
משללה אימעיט וכל שקרב כשהוא תם ואינו
נפרה כשהוא בעל מום כגון בכור ומעשר
שבהמה נפקא תרומה ירקבו אמר רב חסדא
לא שנו אלא תרומה ביד ישראל אבל תרומה
ביד כהן כיון דממוניה הוא תשרף מיתיב
רב יוסף ומעשר שני וכתבי הקדש יגנזו והא
מעשר שני ביד ישראל כתרומה ביד כהן
דמי וקתני יגנזו אלא אי אתמר הכי אתמר
אמר רב חסדא ל̈ש אלא תרומה ביד כהן
אבל תרומה ביד ישראל תנתן לכהן שבעיר
אחרת תנן התם עיסה של מעשר שני פטורה
מן החלה דברי ר̈מ וחכמי' מחייבין אמר רב
הסדא מחלוקת במעשר שני בירושלם דר̈מ
סבר מעשר שני ממון גבוה הוא ורבנן סברי
ממון הריוט הוא אבל בגבולין דברי הכל
פטור מיתיב רב יוסף מעשר שני וכתבי
הקודש יגנזו במאי עסיקינן אילימא בירושלם
מי הויא עיר הנדחת והתניא עשרה דברים
נאמרו בירושלם וזו אחת מהן אינה נעשית
עיר הנדחת ואלא בעיר אחרת ואסקוה לגוה
הא קלטוה מחיצות אלא לאו בגבולין וקתני
יגנזו לא לעולם דעיר אהרת ואסקיה לגוה
והכא במאי עסיקינן שנטמא ולפדיה דא̈ר
אלעזר מניין למעשר שני שנטמא שפודין
אותו אפי' בירושלם ת̈ל לא תוכל שאתו
ואין שאת אלא אכילה שנאמר וישא משאת
מאת פניו הכא במאי עסקינן בלקוח ולפרקיה
דתנן הלקוח מכסף מעשר שנטמא יפרה כר'
יהודה דאמר יקבר אי הכי מאי איריא עיר
הנדחת אפילו דעלמא נמי אלא לעולם
בטהור וכגון דנפל מחיצות וכדרבא דאמר
רבא מחיצה לאכול דאורייתא לקלוט דרבנן
וכי גזר רבנן בי איתנהו למחיצה בי ליתנהו

genitum & decimum ſunt ſpolium cœli: At eſt diſſenſio Samuel: Etenim dicit Samuel: Omne ſanctificabatur, & omne redimebatur: Quid dicit? Hoc dicit: Omne offertur, quando ſit perfectum: Et redimetur, quando ſit vitiatum: *De ſpolio ejus*. Ad excludendum; & omne quod offertur, quando ſit perfectum; *& non redimetur*: quando ſit vitiatum: ſicut ſunt primogenitum, & decimum ex pecore; deducitur, quod Thruma putreſcat. Dicit R. Chaſda; Non legimus niſi de Thruma in manu Iſraelitæ. At thruma in manu ſacerdotis, poſtquam eſt ex ejus opibus, comburetur. Objicit R. Joſeph: Et decima ſecunda, & ſcripturæ ſanctæ recondentur. At decima ſecunda in manu Iſraelitæ ſicut thruma in manu ſacerdotis reputatur. At docetur. Recondentur: At ſi dicas, ita dices. At dicit R. Chaſda. Non agitur niſi quando ſit thruma in manu ſacerdotis: at ſi fuerit in manu Iſraelitæ, dabitur ſacerdoti, qui ſit in alia civitate: Ibi legimus: Maſſa farinacea ſubacta decimæ ſecundæ libera eſt a placenta: Verba R. Meir; & ſapientes eam obligant: Dicit R. Chaſda: Diſſenſio eſt de decima ſecunda in Hieruſalem; etenim R. Meir putat, quod decima ſecunda ſit facultas Dei, & ſapientes putaot, quod ſit facultas idiotæ. At in terminis ex omnium conſenſu libera eſt. Objicit R. Joſeph. Decima ſecunda & ſcripturæ ſanctæ recondentur. De quo agimus? Num Hieruſalem fieri poteſt civitas impulſa? Atqui extat traditio: Decem res dictæ ſunt de Hieruſalem, & hæc eſt una ex illis; Non fit urbs impulſa; at ſi fuerit in altera urbe, & in illam faciant adſcendere; ecce illam recipiet ſeptum: at non intelligitur in terminis; atqui docetur: Recondentur: Non ſemper intelligitur de alia civitate, ut in eam faciant adſcendere. At hic de quo agimus? Quando polluta fuerit, ut redimatur: Etenim dicit R. Elieſer. Unde probatur; ſi decima ſecunda polluatur, quod redimatur etiam in Hieruſalem? Ex eo quod dictum eſt: *Non poteris portare*. At non eſt portatio, niſi comeſtio. Dictum eſt enim *Geneſ.* XLIII. 34. *Sumtis partibus, quas ab eos acceperant*. Hic de quo agimus? De emtione, & redemtione; Etenim legimus: Siquid ematur argento decimæ, quæ polluta ſit, redimetur; Juxta mentem R. Jehuda qui dicit; ſepelietur: Si ita eſt: Quænam eſt doctrina? Urbs impulſa; etiam vulgo ita eſt; ſemper agitur de mundo: ſi quando ceciderint mœnia; & juxta mentem Ra-

למחיצה לא . כתבי הקרש יגנזו מתניתין
דלא כרבי אליעזר דתניא רבי אליעזר אומר
כל עיר שיש בה אפי' מזוזה אחת אינה
נעשית עיר הנדחת שנאמר ושרפת באש
את העיר ואת כל שללה כליל והיכא
דאיכא מזוזה לא אפשר דכתיב לא תעשון
כן לה' אלהיכם. ר ש אומר אמר הקבה וכו'.
לימא בדרבי אבין א"ר אילעא קמיפלגי דא"ר
אבין א"ר אילעא כל מקום שאתה מוצא
כלל בעשה ופרט בלא תעשה אין דנין אותו
בכלל ופרט דמר אית ליה דרבי אבין ומר
לית ליה דרבי אבין לא דכ"ע אית להו דרבי
אבין והכא בהא קמיפלגי מר סבר עוד לגמרי
משמע מר סבר עוד לכמה שהיתה . אינה
נבנית אבל נעשית היא גנות ופרדסים. ת"ר
היו בה אילנות תלושין אסורין מחוברי
מותרין של עיר אחרת בין תלושין בין
מחוברין אסור מאי עיר אחרת אמר רב
חסדא יריחו דכתב והיתה העיר חרם לה'
וישבע יהושע בעת ההיא לאמר ארור האיש
לפני ה' אשר יקום ובנה את העיר הזאת
את יריחו בבכורו ייסרנת ובצעירו יציב דלתיה
תניא לא יריחו על שם עיר אחרת ולא
עיר אחרת על שם יריחו דכתיב בנה חיאל
בית האלי את יריחו באבירם בכורו יסדה
ובשגוב צעירו הציב דלתיה תניא באבירם
בכורו רשע לא היה ללמוד בשגב צעירו
היה לו ללמוד אבירם ושגוב מאי עביד מאי
קאמר הק באבירם בכורו היה לו ללמוד
לאותו רשע בשגוב צעירו ממשמע שנאמר
באבירם בכורו איני יודע ששגוב צעירו מה
ת"ל שגוב צעירו מלמד שהיה מקבר והולך
מאבירם עד שגוב אחאב שושביני' הוה אתא
איהו ואליהו למשאל בשלמא בי טמיא יתיב
וקאמר דלמא כי מילט יהושע הכי לט לא
יריחו על שם עיר אחרה ולא עיר אחרת על

Raba; etenim dicit Raba: Murus ad comedendum requiritur ex lege, ad recipiendum requiritur juxta mentem sapientum. Num decreverunt sapientes, quod septum quod inserviret comedendis sacrificiis, ad recipiendum inserviret? Minime? Scripturæ sanctæ recondentur. Misna non est juxta mentem R. Eliefer. Etenim extat traditio: R. Eliefer dicit: Urbs, in qua sit vel una Mesusa, non fit urbs impulsa; Dictum est: *Et combures igni urbem, & omne spolium ejus holocaustum Domino*. At ubi cunque fuerit Mesusa, fieri non potest: Dictum est enim: *Non ita facietis Domino Deo vestro*. R. Simeon dicit: Dixit Deus S. B. &c. Dicendumne est juxta mentem R. Abin? Dicit R. Elaa; est dissensio: Etenim dicit R. Abin, dicit Elaa: Ubicunque tu deprehendes generale in præcepto affirmativo, & particulare in præcepto negativo, non potest fieri argumentum in generali & particulari: Etenim Mor consentit cum R. Abin, & Mor non consentit cum Rabi Abin: Nonne? Atqui omnes consentiunt cum R. Abin. *Hic in quo est dissensio?* Mor putat עוד *amplius*, quod absolute sit intelligendum; Et Mor putat, quod *amplius* non designet, nisi quod non sit ædificanda, sicut erat *non ædificabitur*; At in ea poterunt fieri hortis & viridaria. Tradiderunt sapientes: Si in ea fuerint arbores, avulsæ sunt vetitæ, terræ adhærentes sunt licitæ; Si fuerint alterius civitatis, tam avulsæ quam terræ adhærentes sunt vetitæ. Quid significat civitas alia? Dicit R. Chasda: Jericho: Scriptum est enim *Jos.* VI. 17. *Sitque civitas hæc anathema Domino; & juravit Josue die illa dicendo: Maledictus vir coram Domino, qui suscitaverit, & ædificaverit civitatem istam Jericho; in primogenito suo fundamenta illius jaciat, & in novissimo liberorum ponat portas ejus:* Traditio: Jericho non *ædificetur* nomine alius urbis, neque alia urbs *ædificetur* nomine Jericho; Scriptum est enim 1. *Reg.* XVI. 34. *Ædificavit Hiel de Bethel Jericho; in Abiram primogenito suo fundavit eam, & in Segub novissimo suo posuit portas ejus*. Traditio: Ex Abiram primogenito suo impio non est docendum; Ex Segub novissimo suo erit docendum: Abiram, & Segub quomodo explicabitur? Quid dicit? Quid significat? Ex Abiram primogenito suo est docendum; in hoc impio Segub novissimus ejus comprehenditur: Dictum est enim: *In Abiram primogenito suo:* Nonne notum est, quod Segub esset ejus novissimus? Cur dictum

est:

שם יריחו א״ל אליהו אין א״ל השתא לווטתא
דמשה לא קא מקיימא דכתב וסרתם
ועבדתם וגו׳ וכתב וחרה אף ה׳ בכם ועצר
את השמים וגו׳ וההוא גברא אוקים ליה
ע״א על כל תלם ותלם ולא שביק ליה
מיטרא למיזל מיסגד ליה לוטתא דיהושע
תלמידי׳ מקיימא מיד ויאמר אליהו התשבי
מתושבי גלעד חי ה׳ אלהי ישראל אם יהיה
טל ומטר וגומר בעי רחמי והבו ליה אקלידא
דמטרא וקם ואזל ויהי דבר ה׳ אלי לאמר לך
מזה ופנית לך קדמה ונסתרת בנחל כרית
והעורבים מביאים לו לחם ובשר בבקר וגומר
מהיכא אמר רב יהודה אמר רב מבי טבחי
דאהאב ויהי מקץ ימים ויבש הנחל כי לא
היה גשם בארץ כיון דחזא דאיכא צערא
בעלמא כתב ויהי דבר ה אלי לאמר קום
לך צרפתה וכתיב ויהי אחר הדברים האלה
חלה בן האשה בעלת הבית בעא רחמי
למיתן ליה אקלידא דתחיית המתים אמרו
ליה שלש מפתחות לא נמסרו לשליח של
חיה ושל גשמים ושל תחיית המתים יאמרו
שתים ביד תלמיד ואחת ביד הרב אייתי הא
ושקיל האי דכתב לך הראה אל אחאב ואתא
מטר דרש ההוא גלילאה קמיה דרב חסדא
משל דאליהו למה הדבר דומה לגברא
דטרקיה לגליה ואבדה למפתיחיה דרש רבי
יוסי בציפורי אבא אליהו קפדן הוה רגיל
למיתיה גביה איכסי׳ מיניה תלתא יומי ולא
אתא כי אתא א״ל אמאי לא אתא מר א״ל
קפדן קרית לי א״ל הא דקמן דקא קפיד
מר. ולא ידבק בידך מאומה מן החרם שכל

est: *Segub novissimo ejus?* Docetur, quod ille impius addiscere debebat ex Segub minimo: Dictum est enim ibid. *In Abiram primogenito*. Nonne notum erat, quod Segub esset minimus? Cur dictum est: *Et in Segub novissimo?* Docetur quod sepelierit filios ex Abiram usque ad Segub. Achab ejus amicus erat, & ipse venit, & Elia ad salutandum; Assidens dixit. Fortasse quando Josue maledixit, sic maledixit. Non ædificetur Jericho nomine alterius civitatis, neque alia civitas nomine Jericho: Respondit illi Elia; utique: Dixit illi: Nunc maledictio Mose non confirmatur: Scriptum est enim *Deut.* XI. XVI. *Et recedatis, & serviatis &c.* Pariterque scriptum est: *Et exordescat ira Domini, & claudat cœlos.* Ibid. Et ille vir statuit Idololatriam in singulis sulcis, tamen non cessabat pluvia, ut veniret & ipse se incurvaret: Maledictio Josue sui discipuli statim confirmata fuit: *Et dixit Elia Thesbites de habitatoribus Galaad: Vivit Dominus Deus Israel; si erit ros & pluvia &c.* I. *Reg.* XVII. I. Oravit Deum & data est ei clavis pluviæ, & surgens abiit: *Et factum est verbum Domini ad eum dicens: Recede hinc & vade contra orientem, & adscendere in torrente Carith. Corvi quoque deferebant ei panem, & carnem mane &c.* Ibid. Unde dicit Rabi Jehuda? Dicit Rab; De macello Achab. *Post dies autem siccatus est torrens; non enim pluerat super terram.* Ibid. Quando vidit, quod esset afflictio in mundo, scriptum est: *Factus est ergo verbum Domini ad eum dicens; Surge & vade in Sarephta.* Ibid. Pariterque scriptum est: *Factum autem est post hæc ægrotavit filius mulieris matris familias:* Oravit Deum, ut sibi daret clavem resurrectionis mortuorum. Dixerunt illi: Tres claves non traduntur legato, clavis vitæ, clavis pluviæ, & clavis resurrectionis mortuorum: Dixerunt: Duæ erunt in manu discipuli, & una in manu magistri: Veniat & accipiat: Hoc est quod scriptum est ibidem XVIII. I. *Vade & ostende te Achabo; ut dem pluviam:* Exposuit ille Galilæus coram R. Chasda: Parabola Eliæ cuinam similis est? Viro, qui claudit januam, & amittit ejus claves; Exposuit R. Jose in Tsippori; veniat Elia iracundus, qui solitus erat venire, se occultavit ab eo tres dies, & non venit: Quando venit; illi dixit. Cur non venisti domine? Respondit: Iracundum vocasti me: Dixit illi. Hoc quoque nunc curas Mor? *Et non adhærebit manui tuæ quicquam de anathemate:* Nam quando impii in mundo sunt, iræ divinæ furor est

זמן שרשעים בעולם חרון אף בעולם וכו. מאן רשעים אמר רב יוסף גנבי ת״ר רשע בא לעולם חרון בא לעולם שנאמר בבא רשע בא גם בוזו עם קלון חרפה רשע אבד מן העולם טובה בא לעולם שנאמר ובאבוד רשעים רנה צדיק נפטר מן העולם רעה באה לעולם שנאמר הצדיק אבד ואין איש שם על לב ואנשי חסד נאספים באין מבין כי מפני הרעה נאסף הצדיק צדיק בא לעולם טובה באה לעולם שנאמר זה ינחמנו ממעשינו ומעצבון ידינו.

est in mundo &c. Qui sunt impii? Dicit R. Joseph: Fures. Tradiderunt sapientes: Quando impius venit in mundum, furor venit in mundum: Dictum est enim *Prov.* XVIII. 3. *Impius cum venerit, sequitur eum ignominia & opprobrium.* Quando impius perit de mundo, bonum venit in mundum: Dictum est enim ibid. *Et in excidio impiorum jubilum:* Quando justus dimittitur de mundo, malum venit in mundum. Dictum est enim *Isai.* LVII. I. *Justus perit, & non est qui recogitet in corde suo, & viri misericordiæ colliguntur, quia non est qui intelligat; a facie malitiæ collectus est justus.* Quando justus venit in mundum, bonum venit in mundum: Dictum est enim *Genes.* V. 29. *Iste consolabitur nos ab operibus nostris, & a laboribus manuum nostrarum.*

JO-

JOHANNIS VORSTII
DISSERTATIO
DE
SYNHEDRIIS HEBRÆORUM.

I. IN ſacris literis, itemque in Talmudicis ac Rabbinicis ſcriptis frequens mentio fit Synedriorum ſive collegiorum judicialium, quæ in Hebræis olim fuerint. Quæ quomodo ſe habuerint, quibuſque temporibus exſtiterint, lubet in præſentia atque animus eſt diſpicere. Συνέδριον Græci vocant quemvis conſeſſum, præcipue vero collegium & conſeſſum judicum. Græca voce uſi fuerunt & Hebræi in appellandis iſtis judicum collegiis, quæ inter ipſos fuerunt. Nimirum cum orientales plagas occupaſſent Macedones, in iiſque potirentur rerum: factum fuit, ut quamplurima Græca vocabula civitate donarentur Hebræa, aliave, atque a vulgo, ut ſuæ linguæ propria, uſurparentur; ut item ipſa Græca lingua in iiſdem locis uterentur cultiores quique. Vocabulorum quæ dixi affatim eſt in Talmudicis ac Rabbinicis ſcriptis. Congeſſit ea paucos abhinc annos non in parvum volumen quidam David Cothen de Lara. In ipſis quoque ſacris literis exempla talium non deſunt, ut notum eſt. Sed Græcam vocem Συνέδριον paulum immutarunt, quod ad puncta vocalia attinet, idque itidem pro ſolenni ſuo, effinxerunt quidem vocem סנהדרין, eaque appellarunt iſtos, quos dixi, conſeſſus judicum. Laborarunt ſane Rabbini in ipſa Hebræa Lingua vocabuli סנהדרין quærere etymon & originem. Quidam dixerunt, compoſitum illud eſſe ex סן & הדרין. סן enim idem eſſe quod תורה & legem ſignificare, quæ in monte Sinai data eſt Moyſi: הדרין vero ſignificare repetentes, verſantes, & collegium judicum igitur dictum fuiſſe סנהדרין, quod conſtiterit מהדרין *ex repetentibus & verſantibus divinam legem*. Alii cogitarunt conſeſſum judicum dictum fuiſſe סנהדרין, quod in eo eſſent vel eſſe deberent סונאים הררת פנים בדין *odio habentes acceptationem vultus ſive reſpectum perſonarum in judicio*. Sed non ex vero poſitas eſſe iſtas origines, non facile quiſpiam dubitaverit. Agnovit & ipſe Elias, vocem ex Græca, eſſe oriundam. In Evangeliſtarum ſcriptis, & in Joſepho, ubi ſatis apparet de dicto conſeſſu judicum agi, Græca vox nativa ſua forma viſitur. Sed ibi luſtrabimus poſtea. Quandoque ſcribitur & סנדרין contracte, itemque סנהדרי per apocopen.

II. Proditum igitur a Talmudicis eſt, primo quidem de collegio LXXI. judicum, quod in ube Hieroſolymis fuerit: deinde de collegio XXIII. judicum, quod in ſingulis fuerit civitatibus: de collegio denique Virorum *trium*. Producam primo de duobus prioribus ex Codice Sanhedrin nonnulla. De numero judicum, qui in utroque collegio fuerunt, itemque de iſtius numeri origine, ac ipſa collegii inſtitutione in primo capite dicti Codicis leguntur iſta: סנהדרין גדולה היתה של שבעים ואחר וקטנה של עשרים ושלשה ומנין לגדולה שהיא של שבעי ואחר שנ אספה לי שבעים איש מזקני ישראל ומשה על גביהן הרי שבעי וא׳ ר׳ יהודה אומ׳ שבעים ומני לקטנה שהיא של עשרים ושלשה שנאמר ושפטו העדה והצילו הערה וכו׳: Hæc & alia quædam, quibus ratio redditur poſterioris numeri, ex doctiſſimi Cocceji verſione ita habent: *Synedrium magnum* LXX. *& unum judices habuit: minus, tres & viginti. Unde conſtat*, LXXI. *fuiſſe iſtius Synedrii judices? Ex eo, quod dicitur: Congrega mihi ſeptuaginta viros ex ſenioribus Iſraelis* Num. XI. 16. *Iſtis Moſes junctus erat. En tibi* LXXI. *Attamen R. Jehuda ait*, LXX. *fuiſſe. Unde autem, minus habuiſſe* XXIII.? *Ex illo: Et judicabunt cœtus.* Numer. XXXV. 24. *Cœtus judicat: cœtus eripit. Habes vicenos. Qui vero probatur, cœtum eſſe* X. *hominum? Ex illo: quouſque cœtui huic malitioſo*, &c. Num. XIV. 27. *Semove Joſuam & Calebum. At quæ ratio eſt adjungendi inſuper ternos? Ex illo, quod intelligendum datur in illo: Ne ſequaris plures ad mala*, Exod. XXIII. 2. *Subaudio, eſſe mihi hos ſequendos in bonum. Si ita eſt, quare amplius additur, poſt plures inclinando? Non ſimiliter ut in bonum, ita in malum inclinatio eſt facienda. In bonum vel ex unius ſententia pronunciare licet: in malum non niſi ſi duorum*

rum suffragia præponderent. Jam concessus judicum non est, ut parili constet numero. Ergo his unus insuper additur. Habes XXIII. Apparet ex his, duo collegia judicum nominibus distingui, & alterum vocari *majus*, alterum vero *minus*: Deinde numero eorum, qui in ea congressi fuerunt, proditum est, & quibus sacrarum literarum locis duo ista collegia crediderint instituta fuisse. An vero omnia ex vero scripserint Doctores, de eo post dispiciemus. De eo quidem non dubitabimus, fuisse aliquando judicum collegia in Hebræorum civitatibus, quæ tot numero hominibus constiterint. Sed porro alia quædam colligamus, quæ de istis collegiis sunt prodita.

III. Ex Codice Middoth, hoc est, de mensuris templi scimus, inter conclavia quæ templo Hierosolymitano addita fuerunt, fuisse etiam quoddam, quod appellatum fuerit לשכת הגזית *conclave cæsi lapidis*, in eoque consessus egisse collegium LXXI. judicum. Adscribam ipsa Codicis verba, quæ quidem sunt in capite ejus quinto: לשכת הגזית בה היתה שנהדרין גדולה של ישראל יושבת ודנה את הכהונה: *In conclavi cæsi lapidis consessus magnus Israelis sedebat, ac etiam judicabat Sacerdotes*. Idem legitur in codice Sanhedrin cap. x. itemque in ejus Gemara. In Gemara quidem his verbis: בית דין של שבעים ואחד יושבין בלשכת הגזית. *Curia* LXXI. *judicum in conclavi cæsi lapidis sedebat*. De situ istius conclavis Clarissimus Vir, Constantinus l' Empereur ita habendum putat, fuisse illud in latere atrii Sacerdotum meridionali. Videsis ejus notas ad Codicem Middoth, & quidem ad cap. quintum, hujusque sectionem secundam,

IV. Quæ πρωτοκαθεδρίας ratio fuerit in Synedrio magno, itemque alia nonnulla, exposuit Maimonides in Halacha Sanhedrin, his verbis: הגדול בחכמה שבכלן מושיבין אותו ראש עליהן והוא ראש הישיבה והוא שקורין אותו החכמין נשיא בכל מקום והוא העומד תחת משה רבינו ומושיבין הגדול שבשבעים משנה לראש ויושב מימינו והוא אב ב״ד ושאר השבעים יושבין לפני שניהם כפי מעלתם כל הגדול מחברו בחכמה יהיה קרוב לנשיא משמאלו יותר מחברו והם יושבין בכמו חצי גורן בעגול כדי שיהיה הנשיא עם אב בית דין רואים כולם: *Qui cæteris omnibus sapientia antecellit, eum constituunt caput super se, & caput consessus. Et hic ille est, quem ubique sapientes vocant NASI: & is est loco Moysis Magistri nostri. Qui porro inter* LXX. *natu maximus est, eum collocant a dextris: & hic est, quem vocant ABH BETH Din. Cæteri τῶν* LXX. *sedent coram istis duobus, secundum dignitatem suam. Quo quisque sapientior est collega suo, eo propius locatur ad sinistram Principis. Et hi sedent per dimidiam quasi aream, ut eos omnes & NASI, & ABH BETH DIN in conspectu habeat*.

V. Quas causas peculiariter judicaret Synedrium magnum, id cognoscere est ex Codicis Sanhedrin capite primo: אין דנין לא את השבט ולא את נביא השקר ולא את כהן גדול אלא בבית דין של שבעי׳ ואחד ואין מוציאין למלחמת הרשות אלא על פי בית דין של ע״א אין מוסיפין על העיר ועל העזרות אלא על פי בית דין של ע״א אין עושין סנהדריו׳ לשבטים אלא על פי בית דין של ע״א אין עושין עיר הנדחת אלא בבית דין של ע״א: *Tribus, Pseudopropheta, Sacerdos magnus, non nisi a* LXXI. *judicum consessu judicantur. Bellum arbitrarium non nisi ex illorum autoritate suscipitur. Urbs atriumve non nisi his jubentibus amplificatur. Synedria tribuum non nisi horum nutu instituuntur. In nullam urbem sententia universalis apostasiæ fertur, nisi ab hoc judicum collegio &c.* In his proditum est, LXXI. Viros judicare solitos fuisse de tribu, quæ puta vel tota, vel maximam partem ad idololatriam defecisset. Deinde de Pseudopropheta ab iisdem fuisse judicatum. Atque ad hoc respexisse creditur Salvator noster, cum teste S. Luca cap. XIII. v. 33. pronunciavit, ὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερυσαλήμ, *non contingere, ut Propheta pereat extra Hierosolyma*. Ipse quoque Salvator, quod Propheta mendax haberetur, isti LXXI. virorum consessui sæpe necesse habuit sese sistere.. Dicitur porro de aliis quibusdam in verbis Codicis Talmudici, de judicando summo Sacerdote: de suscipiendo bello αὐθαιρέτῳ, quod contradistinguunt למלחמת המצוה *bello præcepti*, quod gerere jussi fuerunt Israelitæ cum Amalekitis & septem gentibus Palæstinæ: de urbe vel atrio amplificando: de Synedriis sive judicum consessibus in singulis tribubus instituendis: de urbe universalis apostasiæ damnanda.

VI. Porro Synedrium magnum cognovit etiam de vitiis, quæ a sacerdotio arcerent: qua de re proditum est in Cod. Middoth cap. v. Verba ita habent: לשכת הגזית בה היתה סנהדרין גדולה של ישראל יושבת ודנה את הכהנה וכהן שנמצא בו פסול לובש שחרין ומתעטף שחורין ויוצא והולך לו שלא בו פכול לובש לבנים ומתעטף לבנים נכנם ומשמש עם אחיו הכהנים. *In conclavi cæsi lapidis Synedrium magnum Israelis sedebat, & judicabat sacerdotes. Sacerdos, in quo inveniretur vitium, induebat sibi atras, ac atris involvebat se*, ita-

itaque egreſſus abibat. Cui vero non inerat vitium, induebat ſibi veſtes albas, ac ſe albis involvebat, & ingreſſus (in templum) miniſtrabat cum fratribus ſuis ſacerdotibus. Atque feſtum celebrabant diem, cum non inveniretur vitium in ſemine Aaronis Sacerdotis, hæc locuti: Laudibus efferatur Deus ille laudandus, quia non invenitur vitium in ſemine ſacerdotali Aaronis, & laudetur is qui elegit Aaronem, ejuſque filios, ut aſtarent ad miniſterium coram Deo, in æde ſancta. Maimonides in hal. ביאת המקרש cap. 6. exiſtima, עיקר מעשהם התריר שהיו יושבין ורנין את הכהונה ובורקין הכהונה ביוחסין ובמומין: *Principale jugis ipſorum operis hoc eſſe, quod ſedent & judicant ſacerdotes, & diſpiciunt de natalibus & vitiis ſacerdotum.* Idem quoque Maymonides annotavit, ſucceſſionem ſummi Pontificis ex ejuſdem Synedrii magni autoritate & judicio pependiſſe. In Halacha Kele hammikdaſch cap. IV. hæc habentur: אין מעמידין כהן גדול אלא בית דין של ע״א: *Non conſtituunt ſacerdotem, niſi Synedrium* LXXI. *virorum*. Quod vero mirere, ſcribit ille Maymonides, a Synedrio magno conſtitui ipſum Regem. Halacha Sanhedr. cap. V. אין מעמידין מלך אלא על פי בית דין של ע״א: *Non conſtituunt Regem niſi ex ſententia Synedrii Magni.* Præter hæc, quæ expoſuimus, ſunt & alia, de quibus judicare ſolitum fuit Synhedrium magnum, nimirum difficiliora quæque, de quibus cæteris Synhedriis liquere non potuit. Atque illud ſatis intelligetur ex quibuſdam, quæ mox producentur.

VII. Ex iis autem, quæ jam produximus, apparuit quoque, præter collegium LXXI. judicum, fuiſſe duplicia alia judicum collegia; unius generis conſtitiſſe XXIII. viris; alterius vero tribus modo: horum prius dictum fuiſſe סנהדרין קטנה: *Synedrium parvum*. Hieroſolymis quidem præter Synedrium magnum, LXXI. puta virorum, fuerunt etiam duo Synhedria XXIII. virorum, quorum itidem ſedes fuit in duobus conclavibus, quæ templo adjuncta fuerunt. Diſcere eſt ex Codicis Sanhedrin Miſna, atque item Gemara. In Miſna quidem cap. X. hæc ſunt: שלשה בתי דינין היו שם אחר שיושב על פתח הר הבית ואחר יושב על פתח העזרה ואחר יושב בלשכת הנזית וכו׳: *Tria judicum collegia iſtic fuerunt, unum ſedens juxta aditum montis ſanctuarii: alterum ſedens ad oſtium atrii: tertium ſedens in conclavi ex cæſo lapide ſtructo. Primo adibatur iſtud, quod ad aſcenſum montis ſanctuarii ſedebat: tum ſic agebat Senior: ego hunc ſenſum ex ſacra pagina deprompſi; ſocii mei iſtum: ego ſic docui; ſocii mei hoc modo. Si illi, quid in illa cauſa ſtatuendum eſſet, traditione accepiſſent, hoc illis communicabant. Sin minus, pariter ad judices juxta atrii oſtium ſedentes pergebant. His, expoſita difficultate, ſi quid conſtaret, docebantur: ſin minus, omne conjunctim ad ſynedrium magnum recurrebant. Nam ab illo egreditur lex omni Iſraeli.* Ex his apparet, quæ ratio, quis ordo obſervatus fuerit in gravioribus cauſis dijudicandis: quod nim, ſi duobus minoribus Synedriis non liqueret, recurſum fuerit ad magnum, hocque adeo, præterquam quod de pſeudopropheta, ſummo ſacerdote, & quibuſdam aliis peculiariter judicavit, quaſvis etiam alias graviores cauſas verſaverit ac judicarit.

VIII. Sed non Hieroſolymis tantum Synedria fuerunt XXIII. judicum, verum etiam in aliis civitatibus, quæ quidem non haberent CXX. minus cives, Codice Sanh. cap. I. וכמה יהא בעיר ותהא ראויה לסנהדרין מאה ועשרי׳: *Quot incolas urbis eſſe oportet, ut Synedrio digna ſit?* CXX. Nunc porro id obſervandum eſt, ſi Synedriis ſingularum civitatum non liqueret, ex illis relatum fuiſſe ad ea Synedria, quæ Hieroſolymis fuerunt. De eo in Gemara Cod. Sanhedrin reperimus brevi, ſed clare & perſpicue proditum. Verba Gemaræ ita habent: בית דין של ע״א יושבין בלשכת הנזית ושני בתי דינין של כ״ג אחר יושב על׳ פתח הר הבית ואחר יושב על פתח העזרה ושאר בתי דינין של כג יושאין בכל עיירות ישר׳ הוצרך הדבר לשאול שואל מבות דין שבעירו אם שמעו אמרו להם ואם לאו באין לזה שסמוך לעירם אם שמעו אמרו להם ואם לאו באין לזה שעל פתח הר הבית אם שמעו אמרו להם ואם לאו באין לזה שעל׳ פתח העזרה ואומר כך דרשתי וכך דרשו חבירי כך למרתי וכך למדו חבירי אם שמעו אמרו להם ואם לאו אילו ואילו באין ללשכת הגזות: *Domus Judicii* ꝧ LXX. *ſedet in conclavi cæſi lapidis: & duæ domus judiciorum* ꝧ XXIII. *una quidem ad portam montis templi; altera ad portam atrii: & reliquæ domus judiciorum* ꝧ XXIII. *ſedent in ſingulis urbibus Iſrael. Si de re quapiam opus eſt conſilium exquiri, conſulunt domum judicii quæ eſt in civitate ipſorum. Si audiverunt* (inſtituti ſunt a majoribus) *dicunt ipſis; ſin minus, eunt ad civitatem quæ ipſorum civitati proxima eſt. Si audiverunt* (ſi Synedrium, quod in iſta civitate eſt, accepit a majoribus ſuis) *dicunt ipſis; ſin minus, vadunt ad domum judicci, quæ* (Hieroſolymis) *eſt ad portam montis templi. Quod ſi ea audivit,* dicit

dicit ipsis; sin minus, vadunt amplius ad domum judicii, quæ est ad portam atrii. Et dicit, sic scrutatus sum, (hunc sensum cepi ex sacris codd.) *& sic scrutati sunt socii mei: Sic docui, & sic docuerunt socii mei. Si audiverunt, dicunt ipsis; sin minus, & hi & illi vadunt ad conclave cæsi lapidis*. Verba fere gemina sunt illis, quæ paulo ante ex Misna produximus. In his autem id amplius proditum est, ex singulis civitatibus difficiliora quæque relata fuisse ad ea Synedria, quæ in urbe Hierosolymis fuerunt.

IX. Fuerunt item in Hebræis collegia trium modo Judicum. Quas vero causas tum trium Virorum cognoverint, ac judicarint, id ex Codice Sanhedrin liquido apparet. In cap. IV. istius Codicis hæc leguntur: מה בין ריני ממונות לריני נפשות דיני ממונות בשלושה ודיני נפשות בכג׳: *Quid interest inter judicia pecuniaria, & capitalia? quod pecuniaria a tribus; capitalia a tribus & viginti exercentur*. Hæc ita in quarto junctim exponuntur. In primo autem ejusdem Codicis eadem separatim reperiuntur posita, & plura etiam adduntur. Principio quidem capitis hæc leguntur: *Judicia pecuniaria a tribus* (administrantur:) *de rapinis & læsione a tribus: de damno, vel dimidio damni, de restitutione dupli & quadrupli & quintupli, a tribus: de vi, de seductione, de diffamatione, a tribus*. Paucis interjectis sequuntur ista: *Capitalia a tribus & viginti* (exercentur) *de homine & bestia coitu maculatis a tribus &c.* De pecuniariorum & capitalium judiciorum discrimine gravis item sententia legitur in cap. IV.: cujus quidem oportuisset memores esse, qui Salvatorem mundi capitis damnarunt. Ea sic se habet: לא כריני ממונות דיני נפשות דיני ממוניש אדם נותן ממון ומתכפר לו דיני נפשום דמו ודם זרעיותיו תלויין בו עד סוף העולם: *Aliter se habent judicia, quæ de pecunia, quam quæ de capite habentur. Nam in illis, pecunia data, peccatum expiari potest. In his si quid deliqueris, sanguis rei & seminum ejus ad finem usque seculi tibi imputatur*.

X. Credamus sane, fuisse tempora, quibus talia, qualia diximus, in Hebræis exstiterint Judicum collegia. Finxisse plurima Rabbinos, & caute ipsis fidem esse habendam, Viri docti sæpe equidem monuerunt. De Collegiis judicum tamen, quæ hactenus descripsimus, non est quod dubitemus. Narrarunt Talmudis autores rem cum variis circumstantiis: ut omnia de ea ficta esse credibile non sit. Prodiderunt, quot assessores fuerint collegiorum: quibus in conclavibus consederint: quæ fuerit causarum agendorum ratio coram ipsis: quo tempore antiquam sedem ratio coram ipsis: quo ɔempore antiquam sedem reliquerit Synedrium magnum. Vixerunt Talmudis autores paucis post excidium templi seculis. R. Jehuda in confinio secundi & tertii seculi post Christum natum, Rabbinorum placita in unum congessit, ac certis libris distinxit. Inditum volumini fuit משנה hoc est, *legis iteratæ sive secundæ* nomen: obtinuitque idem illud in Judæa vim juris communis. Accessit non multo post Gemara, hoc est, variæ disquisitiones & disputationes super Misna. Atque ita ipsum Talmud, primo Hierosolymitanum, mox & Babylonicum protrusum fuit. In isto igitur Talmude proditum est, Synedrium magnum XL. annis ante secundum excidium templi, reliquisse antiquam sedem לשכת הגזית *conclave cæsi lapidis*. In *Rosch haschana* de eo hæc leguntur: גלתה סנהנרין מנמרי מלשכת הגזית לחניות ומחניות לירושלם: *migravit Synedrium prorsus ex conclavi cæsi lapidis in tabernas, & a tabernis in Hierosolyma*. Tempus, quo prima migratio facta, exprimitur in cod. Abod. *Zara* cap. I. ארבעים שׁנה עד חרב הבית גלתה סנהררין וישבה לה בחניות: *Quadraginta annis ante excidium templi, migravit Synedrium* (ex conclavi cæsi lapidis) *& consedit in tabernis*. Quod tam solicite annotarunt Rabbini, quo tempore Synedrium M. migraverit, ex eo vel maxime colligere licet, quæ de Synedriis in ipsorum monumentis legimus, non perinde conficta ab ipsis esse, ut alia quædam.

XI. Jam vero & illud præclarum est, quod non ex Talmude modo, sed & aliunde constare potest de Synedrio Magno. In Chaldaicis paraphrasibus, quas Targumim vocant, Synedrii magni sæpe fit mentio. Exod. XV. 27. ubi de LXX. palmis memoratur, quæ in Elim fuerint, Targum Hierosolymitanum ita habet: ושבעין דקלין כל קבל שבעין סביא סנהררין בישראל: *Et* LXX. *palmæ, propterea quod* LXX. *Seniores Sanhedrin in Israel*. Inepte quidem LXX. Seniorum ibi fit mentio: nobis tamen sufficit, de iisdem ex dicto loco posse constare. Sic Num. XXI. 18. ubi de puteo, quem foderint Principes, & paraverint Duces, idem Targum principes istos ita describit, סוכלתני עלמא סנהררין שובעתי חכימיא רמפרשין: *Prudentiores in mundo Judices Sanhedrin*, LXX. *Sapientes, qui explicant, &c.* Ad Eccl. XII. 12. in Venetis רבני כנהררין מרי הלכתין ומררשין

ראתיהיבו על ידוי דמשה *Et doctores Sanhedrin collegii magni, periti jurium & doctrinarum, qui dati sunt per manum Mosis.* Ruth. III. 11. verba Boozi, *scit omnis populus, qui habitat intra portas urbis meæ*, vel sec. Hebr. scit omnis porta populi mei, *mulierem te esse virtutis*, in Targum ejus libri ita exprimuntur, גלי קדם כל יתבי תרע סנהדרין רבא דעמי *Notum est omnibus assessoribus portæ Synedrii magni, populi mei*. Prima verba capitis IV. ejusdem libri ita exprimuntur in Targum: ובועז סליק לתרע בית דין דאתרע סנהדרין ויתיב תמן עם סביא *Boas adscendit ad portam domus judicii in locum Synhedrii, & consedit illic cum Sapientibus*. Hæc & alia plura observavit Elias in Methurgeman. Cl. Buxtorfius observavit, mentionem Synhedrii fieri etiam in Targum Jonathanis ad Num. XXV. 7. in his, קם מגו סנהדרי די ליה *surrexit e medio Synhedrii sui*. Deinde in Targum Psalmorum, ad Ps. CXL. 10. ריש סנהדרי תלמידי *Achitophel caput Synedrii, discipulus meus*.

XII. In sacris N. T. codicibus τοῦ Συνεδρίου sæpe fit mentio: per quod Synedrium magnum intelligi, Viri docti nihil dubitant. Locus est in S. Matth. Ev. c. XXVI. 59. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ τὸ συνέδριον ὅλον ἐζήτουν ψευδομαρτυρίαν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ. Alius in S. Lucæ c. XXII. 66. Συνήχθη τὸ πρεσβυτέριον τοῦ λαοῦ, ἀρχιερεῖς τε καὶ γραμματεῖς, καὶ ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ συνέδριον ἑαυτῶν. Alius item in Act. IV. 15. Κελεύσαντες αὐτοὺς ἔξω τοῦ συνεδρίου ἀπελθεῖν: & rursus alius in Act. V. 21. συνεκάλεσαν τὸ συνέδριον καὶ πᾶσαν τὴν γερουσίαν τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Ex his omnibus facile utique intelligitur, temporibus Christi & Apostolorum exstitisse omnino συνέδριον quoddam sive consessum judicum. Cum igitur & ex Rabbinorum scriptis scire queamus, circa eadem tempora exstitisse Sanhedrin, consessum item judicum, quid est cur dubitare velimus, Sanhedrin illud, de quo Rabbini prodiderunt, idem fuisse cum συνεδρίῳ isto, de quo ex sacris scripturis constat? Quod vero ex sacris scripturis intelligimus, in Synedrio Hierosolymitano summum quoque Pontificem fuisse, & alios item ex ordine sacerdotali, idem prodiderunt etiam Rabbini. R. Moses Maimonides hal Sanh. c. II. אין מושיבין מלך ישראל בסנהדרין אבל מושיבין כהן גדול אם היה ראוי בחכמה *Non cooptant Regem Israelis in Synedrium: cooptant autem Sacerdotem magnum, si modo dignus sit propter sapientiam*. Ibidem: ומצוה להיות בסנהדרין גדולה כהנים ולווים *Lege præceptum est ut sint in Synedrio magno Sacerdotes & Levitæ*. Porro quæ in S. Matthæi quinto cap. Salvator pronunciat de pœnarum gradibus, iis tum magnum, tum quoque parvum Synedrium significari, Viri docti nihil dubitant. Cum nim. Pharisæi, iram, quæque ejus signa sunt, convitia & ignominiosa vocabula non crederent tanti esse, ut gravioribus pœnis obnoxium quempiam reddant: Salvatorem nostrum dixisse, hunc qui sodali suo temere irascatur, dignum esse qui τῇ κρίσει *judicio* (Synedrium minus intelligunt, cui דיני נפשות *judicia capitalia* competebant, ut supra diximus) se sistat, & ab eodem gravi supplicio afficiatur: qui autem dicat ῥακὰ, eum dignum esse, qui τῷ συνεδρίῳ (Synedrium magnum intelligunt) se sistat, a quo cæteroqui res magni momenti judicari, & gravissima supplicia constitui solerent: eum denique, qui dicat, μωρὲ, graviori pœna dignum esse, quam ut a Synedrio constitui queat, atque igitur ad infernum detrudendum. Quæ quidem conjecturæ nobis minime displicent. Quod enim ἡ κρίσις & τὸ συνέδριον a Salvatore nostro, tanquam diversa, memorantur, ex eo satis apparet, τὸ συνέδριον fuisse quendam judicum consessum, qui isto nomine κατ' ἐξοχὴν & peculiariter fuerit appellatus. Sunt in prædictis Salvatoris nostri verbis & alia quædam, quibus itidem ex monumentis Hebræorum lucem attulerunt Viri docti, vox ῥακὰ puta, & vox γέεννα. Vide sis quæ ad ea illustranda congesserunt Buxtorfii, aliique.

XIII. Porro nec in Fl. Josephi, ἑβραίου ἐξ ἑβραίων scriptis magni Synedrii vestigia desunt. Præclarum est, quod in decimo quarto Ἀρχαιολογίας cap. XVII. prodidit, Herodem Ascalonitam, cum juvenis adhuc esset, & αὐτοτελέστερον egisset in Galilæa, vocatum fuisse Hierosolyma, ἵνα δίκην ἐν τῷ συνεδρίῳ τῶν πεπραγμένων ὑπόσχῃ, *ut coram Synedrio facti sui redderet rationem*, cumque delecta manu venisset stipatus, & liberius, quam reum decebat, ageret, Sameam quendam, cæteris omnibus attonitis, parrhesia usum ac in hanc sententiam locutum fuisse: *Equidem judices* (ἄνδρες συνέδροι) *tuque Rex* (Hyrcane) *nec ipse unquam vidi quenquam qui ad causam apud nos dicendam vocatus ad hunc modum comparuerit, nec vos puto posse proferre hujusmodi quempiam, sed quisquis hactenus* εἰς τοῦτο τὸ συνέδριον ἀφῖκται κριθησόμενος, *apud hunc consessum judicandum se præbuit, humilis venit, & habitu timentis periculum, & captantis misericordiam,*

atra-

stratus & promisso capillitio. At bonus iste Herodes cædis reus, & tam gravi obnoxius crimini, adstat hic purpuratus, & crine belle composito, cum armatis stipatoribus. Paucis interjectis subjungit, quid Sameas præsumpserit animo, cum Herodem videret tam libere & proterve se tractantem. Ita igitur Sameam inducit porro loquentem: *Scitote tamen potentem esse Deum, & quod iste, quem nunc in Hyrcani gratiam legibus eripitis, & vos aliquando, & regem ipsum puniet*. Addit etiam amplius de eodem Samea, eum honorifice habitum ab Herode, cum hic urbe esset potitus. *Nec vanus fuit vates*, inquit. *Nam Herodes regnum adeptus*, πάντας ἀπέκτεινε τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ *omnes qui in Synedrio erant, & ipsum quoque regem sustulit, excepto uno Samea. Hunc enim in honore habuit, propter justitiam, & quia post, obsessa urbe ab Herode ac Sosio, admittendi Herodem autor fuit populo, negans propter peccata eos posse dominationem illius effugere*. Ex his Josephi satis liquido apparet, τὸ συνέδριον, cujus Sameas pars fuit, in urbe Hierosolymis singulari quadam ac præcipua fuisse autoritate, quali & Sanhedrin magnum fuisse prodiderunt Rabbini. Quam vero παῤῥησίαν Sameæ tribuit Josephus in prædicto libro, eam in sequenti decimo quinto, primo quidem capite, tribuere videtur Pollioni cuidam, Sameæ præceptori. *In præcipuo honore*, inquit, *apud eum* (Herodem) *erat Pollio Pharisæus, & Sameas hujus discipulus. Dum nimirum obsideret Hierosolyma, hi consulebant civibus, ut Herodem in urbem reciperent, eamque ob rem gratiam illis habuit. Pollio vero hic, olim capitis reo Herode, Hyrcano* ϗ τοῖς δικάζουσι *judicibus prædixit opprobrans, quod absolutus Herodes eorum sententiis, ab omnibus illis pœnas aliquando exacturus esset*. Apparet in his μνημονικὸν ἁμάρτημα Josephi. Ceterum Pollionem ac Sameam conjungit & alibi, hisque duobus Herodem scribit gratificatum fuisse. In cap. XIII. libri XV. hæc amplius habet: *Requisivit & jusjurandum a Pollionis Sameæque sectatoribus: quod cum non impetrasset, non tamen in eos ut in cæteros sæviit, sed veniam dedit propter Pollionem*.

XIV. Ex proximis superioribus apparebat, Synedrium illud quod ætate Sameæ fuit, non minimam habuisse autoritatem; & Sameam eidem vindicare voluisse autoritatem antiquam ac genuinam. Paulo ante ista tempora autoritati huic non parum decesserat. Cum Hierosolyma expugnasset Pompejus, & pulso Aristobulo sacerdotium sine regno restituisset Hyrcano: paulo post Syriæ præfectus constitutus fuit Gabinius. Qui cum Alexandrum Aristobuli filium retudisset, Hyrcanum Hierosolyma deduxit, τὴν τοῦ ἱεροῦ παραδοὺς ἡγεμονίαν αὐτῷ, καθίστησι τὴν ἄλλην πολιτείαν, ἐπὶ προστασίᾳ τῶν ἀρίστων, *ei templi cura mandata, aliam reip. formam constituit, ut nimirum optimates præessent*. διεῖλε δὲ πᾶν τὸ ἔθνος (Ἰουδαϊκὸν) εἰς πέντε συνόδους. τὸ μὲν Ἱεροσολύμοις προστάξας, τὸ δὲ Γαδάροις. οἱ δὲ, ἵνα συντελῶσιν εἰς Ἀμαθοῦντα. τὸ δὲ τέταρτον εἰς Ἱεριχοῦντα κεκλήρωτο, ϗ τῷ πέμπτῳ Σέπφωρις ἀπεδείχθη, πόλις τῆς Γαλιλαίας, *Omnem Judæorum gentem in quinque conventus divisit* (quinque judicum collegia instituit, ad quæ omnes Judæorum causæ referrentur) *unum voluit esse Hierosolymis, alterum Gadaris, tertium Amathunte, quartum Hierichunte, quintum denique Sepphore*. Vide ista apud Josephum lib. I. de bello Jud. cap. 6. Gemina vero licet legere l. XIV. Ἀρχαιολ. c. 11. Adscribam ex hoc quoque libro ipsa Josephi verba, quod alteris illis videantur clariora esse: πέντε συνέδρια καταστήσας εἰς ἴσας μοίρας διένειμε τὸ ἔθνος, *Constitutis quinque Synedriis sive judicum collegiis, gentem in totidem æquales partes distribuit*.

XV. An forte statuere licet, ipsum quoque magnum Synedrium, quod Hierosolymis fuit, tum primum constitui cœptum, cum a Gabinio in Palæstina constituerentur quatuor etiam alia? Scimus ita credere summum quendam Virum. Non autem sustinemus adstipulari ipsi. Sane cum quinque ista Synedria constituta essent, paucis annis post, parrhesia usus Sameas pronunciavit ista, quæ paulo ante transcripsimus. At qualia ea sunt? Talia certe, ut ex iis apparere possit, magnam ejus Synedrii fuisse autoritatem, hancque ejus fuisse longe ante illud tempus, quo Sameas ista pronunciavit. Dixit Sameas, nec se ipsum meminisse, nec meminisse posse cæteros ullius hominis qui ita comparuisset coram Synedrio, ut se tractantem viderent Herodem; semper autem moris fuisse, ut qui sese sisteret, ταπεινὸς παραστῆναι, ϗ σχήματι δεδοικότος, ϗ ἔλεον θηρωμένου, κόμην τε ἐπιτρέψας, ϗ ἐσθῆτα μέλαιναν ἐνδεδυμένος. Si igitur longe ante ista tempora, quibus causam dicere jussus fuit Herodes, tanta Synedrii reverentia fuit: sane idipsum non tum demum cœpisse, cum Gabinius in Palæstina versabatur, facile intelligi licet. Vix enim viginti anni intercesserunt inter illud tempus, quo quinque Synedria instituit Gabinius, & alterum illud,

quo

quo Herodes debuit causam dicere. Quod igitur Josephus scripsit, Gabinium instituisse quinque Synedria, ex eo non hoc colligimus, Synedrium, quod Hierosolymis fuit, tum primum institutum fuisse, cum instituta fuerunt quatuor cætera: sed hoc tantum, Gabinium noviter instituisse quatuor alia Synedria, eoque autoritatem ac potestatem ejus, quod Hierosolymis fuit, non parum imminuisse.

XVI. In libro xx. Ἀρχαιολ. c. 8. apparet etiam quædam Synedrii species. Narrat ibi Josephus, Levitas quosdam obtinuisse ab Agrippa Rege, ut convocato Synedrio decerneret sibi usum stolæ lineæ. Adscribam ipsa ejus verba: τῶν δὲ λευιτῶν, ὅσοι περ ἦσαν ὑμνῳδοὶ, πείθουσι τὸν βασιλέα, καθίσαντα συνέδριον φορεῖν αὐτοῖς ἐπίσης τοῖς ἱερεῦσιν ἐπιτρέψαι λινῆν στολήν. *Illi ex Levitis, quorum erat sacros hymnos in templo canere, adito Rege induxerunt eum precibus, ut advocato concilio* (Synedrio) *decerneret eis usum stolæ lineæ, quæ tum solis concessa erat sacerdotibus*. Paulo post: ὁ γὰρ βασιλεὺς μετὰ γνώμης τῶν εἰς τὸ συνέδριον ἐρχομένων, συνεχώρησε τοῖς ὑμνῳδοῖς ἀποθεμένοις τὴν προτέραν ἐσθῆτα, φορεῖν λινῆν οἵαν ἠθέλησαν, *Rex enim* (Agrippa) *consensu illorum, qui in Synedrium congrediebantur, permisit hymnorum cantoribus, ut deposito pristino habitu, gestarent lineum, qualem voluerunt*. In eodem octavo capite memorat Josephus, Ananum, summum Pontificem καθίσαι συνέδριον κριτῶν *convocasse consessum judicum*, statutumque coram concilio fratrem Jesu Christi, Jacobum nomine, una cum aliis quibusdam, reum impietatis peractum tradidisse lapidandum. Quod factum omnibus displicuisse, hosque igitur Albino, destinato procuratori, ivisse obviam, deque displicentia sua testatos, docuisse eum, non licuisse Anano sine procuratoris consensu καθίσαι συνέδριον *advocare Synedrium sive concilium*.

XVII. Non negabimus, ut paulo ante profitebamur, Synedrium Magnum Hierosolymis exstitisse jam ante Gabinii tempora. An vero & hoc credemus, Synedrium LXXI. Virorum cœptum fuisse institui temporibus Moysis, ac perpetua cooptatione durasse ad extrema usque Reipubl. Judaicæ tempora? Nihil sane dubitant viri docti. Vir clarissimus Joh. Seldenus, aperte scripsit, *imperante Moyse consessum magnum natales habuisse, ut videre sit Num.* XI. 16. recepitque se peculiari libro de istis natalibus, qualitate eorum, qui rite in eum adsciscebantur, adscitorum dignitate, jurisdictione, imperio, loco, continuatione, considendi tempore, aliisque actorum. Vide ejus eximium opus de successionibus in bona defunctorum c. xxv. & alterum de success. in Pontificatum lib. II. cap. x. An vero jam fecerit Vir Clarissimus, quod promisit, nos nondum comperimus. Receperat & Wilh. Schickardus: qui quidem mortalitate est interceptus. Summi Viri, Isaacus Casaubonus, Cl. Salmasius, Hugo Grotius, plurimique alii nihil itidem dubitarunt. Grotius quidem in lib. I. de jure b. & p. cap. III. n. 20. aperte scripsit, *Synedrium LXX. Virum divino imperio a Mose institutum ad Herodis tempora perpetua cooptatione durasse*. Sed & ipsi Doctores Talmudici originem Synedrii LXXI. virorum ex illis locis probare studuerunt, ex quibus probasse se credunt viri docti nostræ ætatis. Talmud cod. Sanh. c. I. *Unde constat LXXI. fuisse istius Synedrii* (magni) *judices? Ex eo quod dicitur: Congrega mihi LXX. Viros ex Senioribus Israelis*, (Num. XI. 16.) *His Moses junctus erat. En tibi LXXI.* Magno Casaubono ingerimus illud, quod ipse scripsit in exercitatione I. c. Baronium, Rabbinis in historia etiam sacra parum fidei esse tribuendum; in omni alia talpis ut plurimum cæciores esse. Ut vero rectius de re judicari queat, videtur de ista potestate, qua populus Hebræus ætate Moysis gubernatus fuit, agendum esse in universum.

XVIII. Cum Hebræi Regis Ægypti potestate mirabili ratione exempti essent, cœpit in illis esse Reipubl. forma prorsus inusitata, qualemque in nulla gente unquam observare licuit. Solent Rerumpubl. formæ distingui per numerum eorum, qui τὸ κῦρος in aliqua gente obtinent, hoc est, qui præscribunt de talibus, quibus civitas continetur ac conservatur: & ita quidem, ut superiorem agnoscere aut non debeant aut certe, si debeant, nolint. Si igitur unus præscribat, dicitur id *monarchia*. Si plures præscribant, neque tamen tota civitas, sed pauci modo, dicitur id Oligarchia. Si denique penes omnem populum τὸ κῦρος sit, *Democratiam* appellant istam Reip. formam. Scimus vocabula *Oligarchia* & *Democratia* non ita late, sed paulo strictius vulgo usurpari. Nobis autem lata ista significatione nunc liceat uti: cum nec Veteres ea abstinuisse satis constet. Porro κῦρος illud, de quo diximus, constat ex tribus, hoc est, τὸ præscribere sive imperare in civitate, ut superiorem agnoscere vel non debeas vel certe nolis, in tribus potissimum videtur versari:

ri: primo, ut præscribatur de jure suo singulis in civitate versantibus tribuendo: deinde, ut præscribatur de bello aut pace cum externis: & denique ut cultus Numinis præscribatur. Qui præscribunt de jure suo cuique tribuendo, hi & leges ferunt, & magistratus constituunt, qui vel secundum leges, vel alia probabili ratione jus reddant. Non enim semper commodum est aut placet operam juris reddendi sibi ipsi sumere: imo nec possibile est. Si nunc vulgares politias consideremus, apparet in omnibus gentibus de tribus istis quæ diximus, præscribere vel unum hominem vel plures. Sane omnia imperia Deus occulte moderatur, eaque vel conservat, vel imminuit ac debilitat. Veruntamen non ipse Deus præscribit, quid in Rep. fieri debeat: neque si male præscribant homines, hos a gubernaculis reip. ilico removet. Permittit Deus, ut præscribat aut imperet homo, etiam malus, atque ut alii pareant. In Hebræorum vero Rep. haud paulo aliter res habuit. Præscripsit in ea ipse Deus, qua ratione coli vellet: quomodo item jus reddi: denique contra quos & quando bellum geri. Atque hæc sacros codices legentibus minime possunt obscura esse. Si igitur id spectare velis, quod in gente Hebræorum unus præscripsit, quæ ad gubernationem ejus gentis pertinuerunt, Monarchia fuit Hebræorum Respublica. Et sane ut alias Monarchæ etiam Reges appellari solent: ita & Deus planissime se Regem Hebræorum dici voluit. Clara sunt verba Dei in I. Sam. cap. VIII. v. 7. *Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi: non enim te* (Samuelem) *abjecerunt, sed me* ממלך עליהם *ne regnem super eos*. Clara item sunt verba Samuelis in ejusdem libri c. XII. v. 12. *Videntes autem, quod Nabas, Rex filiorum Ammon, venisset adversum vos, dixistis mihi, Nequaquam, sed Rex imperabit nobis* ויהוה אלהיכם מלככם *cum tamen Jehova Deus vester esset Rex vester*. Probe intellexit sanctus Gideon, ipsum Deum se Hebræorum gerere Regem, atque etiam appellari velle. Quare cum ipsi ob rem bene gestam Hebræorum vulgus imperium regium addicere vellet: magno is animo increpuit suam gentem, ac status sui ipsam admonuit. *Neque ego*, inquit, *in vos dominabor, neque in vos dominabitur filius meus*, יהוה ימשל בכם *sed ipse Jehova* (ut hactenus fecit) *in vos dominabitur*. Licet igitur omnino politiam Hebræorum appellare Monarchiam. Quod vero unus iste qui in Hebræa gente summam potestatem sibi ipsi servavit, fuit summum Numen; secus quam in aliis politiis fieri assolet: propterea Monarchiam istam peculiari vocabulo θεοκρατίαν appellare licet, uti Fl. Josephum fecisse scimus in secundo contra Apionem.

XIX. Qui de reddendo cuique jure suo in civitate præscribit, is non semper ipse dicendi sive reddendi juris sibi operam sumit, sed plerumque id facit per alios, horumque utitur ministerio, uti diximus. Sic igitur & in Hebræa gente res se habuit. Non ipse Deus quoties jus reddendum fuit, clara voce aliisve signis exposuit quid fieri vellet ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα, sed magistratus instituit, qui secundum leges jus redderent. Primo quidem Moyses fuit destinatus: isque admirandis operibus, quæ facultate sibi peculiariter indita perfecerat, facile persuasit Hebræis, se a Deo, ut a Rege potestatem accepisse, qualem inferiorem magistratus habere solent, populum gubernandi. Et judicavit igitur aliquandiu solus Moyses causa suæ gentis, cum hæc egressa esset ex Ægypto, ac in desertis Arabiæ versaretur. Cum ad Moysem venisset socer ejus, quodque plurimos Moysem circumstantes conspiceret, quæsisset ex ipso, qua de causa id fieret: responsum ipsi a Moyse fuit his verbis: *Venit ad me populus, quærens sententiam Dei. Cumque acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me, ut judicem inter eos & ostendam præcepta Dei & leges ejus*, Exodi XVIII. 15. Post socer Moysis, quod videret, nimium genero suo facessi molestiæ, autor ipsi fuit, ut partem operarum delegaret aliis. Quod igitur etiam fecit Moyses, constituitque chiliarchos, hecatontarchos, pentecontarchos ac decarchos. Solas majoris momenti causas voluit ad se deferri. De eo est in dicti capitis extremis verbis: *Electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui judicarent plebem Domini omni tempore. Quicquid autem gravius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo judicantes*.

XX. Cum ista judiciorum forma, de qua novissime diximus, aliquandiu obtinuisset, usu venit, ut Hebræos satietas incesseret inusitati cibi, quo aliquamdiu victitarant, & ex adverso cupido carnium, ut item ægre facerent divino suo Duci, exprobrando huic, quod ipsos abduxisset inde, ubi carnium fuisset affatim, & carnes quoque ab ipso exposcendo. Tum vero Moyses graviter conquestus fuit de onere, quod ipsius incum-

bebat

bebat humeris: quod nimirum quotiescunque populum suæ sortis pœniteret, ab hoc expostulationibus gravioribusque verbis intolerabilis sibi facesseretur molestia. Verba, quibus usus tum fuit Moyses, leguntur in Num. c. XI. v. 13. suntque ista: *Unde mihi carnes, ut dem tantæ multitudini? flent contra me dicentes: da nobis carnes, ut comedamus. Non possum solus sustinere omnem hunc populum: quia gravis est mihi. Sin aliter tibi videtur, obsecro, ut interficias me, & inveniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis.* Cum questus Moyses esset in istum modum, mox χρηματισμὸν habuit, jussusque fuit deligere LXX. viros ex primoribus ac præfectis Hebræorum, hosque ad ostium tabernaculi deducere. Quid vero ipse Deus facere tum vellet, in prædicto loco his verbis expositum reperimus: וירדתי ודברתי עמך שם ואצלתי מן הרוח אשר עליך ושמתי עליהם ונשאו אתך במשא העם ולא תשא אתה לבדך: *Et descendam, & loquar tibi tecum & auferam* (seponam) *de Spiritu tuo, tradamque eis* (imponam eis) *ut sustentent tecum onus populi, & non tu solus graveris.* Quid item postea fecerit Deus, de eo, paucis interjectis, hæc sequuntur: *Descendit Dominus per nubem, & locutus est ad eum, auferens de Spiritu, qui erat in Moyse, & dans LXX. viris. Cumque requievisset in eis spiritus,* יתנבאו ולא יספו *prophetarunt, nec ultra cessaverunt.* Hæc illa sunt, ex quibus Rabbini, & nostræ item ætatis viri docti colligunt, Collegium LXX. judicum, quod Synedrium magnum vocant, quodque ætate Herodis fuisse scimus, jam inde a Moysis temporibus exstitisse. Rabbinos ita omnino velle, satis liquet ex Cod. Sanhedrin, cujus caput primum hæc habet: ומנין לגדולה שהיא של שבעי' ואחד שנ' אספה לי שבעים איש מזקני ישראל ומשה על גביהן הרי שבעי' וא': *Quod numerus Synedrii magni sit LXXI. constat ex eo quod dicitur:* Congrega mihi LXX. Viros de Senioribus Israelis. *His Moses junctus erat. Ecce tibi LXXI.* Hugo Grotius in annotationibus ad Matthæi quintum caput scripsit, locutum ista esse Deum ad Moysem, *cum questus hic fuisset, supremorum judiciorum ac relationum onerii* (quod hactenus sustinuerat) *se non sufficere, & LXX. illos spiritu novo* (*judiciali*) *instruxisse, jussisseque partem oneris ferre, supremorum nimirum judiciorum ac relationum.* In lib. primo de jure b. & p. c. 3. n. 20. idem Vir summus scripsit, *Synedrium LXX. Virum divino imperio a Mose institutum ad Herodis tempora perpetua cooptatione durasse.* Neque aliter sentiunt alii Viri docti.

XXI. Quid vero nos tandem? An eam sententiam, quam summo consensu tenuerunt docti, revocare licet in dubium? Rabbinos equidem non multum moramur: quod verum credamus esse, quod summi Viri monuerunt, illis ipsis in historia etiam sacra parum fidei esse habendum: in omni alia talpis ut plurimum cæciores ipsos esse. Istorum vero summorum virorum autoritas facit, ut προσάντης δοκῇ ὁμῖν αὔτην ἡ ζήτησις. Sed non pervincet tamen, ut eorundem amplectamur sententiam. Profitemur igitur, non videri nobis verum esse, quod vulgo creditur, jam tum Moysis temporibus institutum fuisse collegium LXX. judicium, quod perpetua cooptatione ad extrema usque Reip. Judaicæ tempora duraverit, idque ex prædicto loco Num. XI. posse probari. Quæ ut intelligantur, ante omnia jubemus probe advertere ad illud, quod occasio fuit collegii LXX. Virum instituendi, hoc est, ad Moysis querelam. Questus fuerat Moyses, sibi nimiam facessi molestiam a populo Hebræo, sive ut Hebræam ῥῆσιν proprius attingam, se non posse sustinere onus populi. Quale vero onus istud? An id questus fuit Moyses, nimis gravem sibi esse operam istam, quam in jure dicendo ac causis judicandis sumebat? Ita sane credidit Cl. Grotius, ut ex annotat. ejus ad Matthæum ostendimus. Scripsit quidem, Moysem fuisse questum, *se supremorum judiciorum ac relationum oneri non sufficere.* Leviores causas Moyses suasu soceri sui, aliis dijudicandas demandaverat: solas controversias graviores ad se deferri jusserat, ut ex Exod. XVIII. liquere potest. De solis igitur gravioribus causis judicare, Cl. Grotius putavit, divo Moysi nimis grave ac molestum etiam tandem fuisse visum. Nobis minime id liquet. Cum Moyse querelam instituit, non oblata ei fuerat gravis quædam controversia judicanda: non jure quidam inter se voluerant experiri; sed poposcerant ab ipso carnes, atque exprobraverant ei, quod se ex Ægypto abduxisset. Dixerant quidem: *Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis, & in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cæpæ, allia: anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man.* Legere ea licet in eo capite, quod novissime allegavimus, hoc est in XI. Numerorum. Cum talibus verbis obtudissent Moy-

Moyſem, tum hic apud Deum queſtus fuit de ſuo onere, iſtis quidem verbis, quæ paulo ante tranſcripſimus. Si igitur non queſtus fuit Moyſes de onere ſupremorum judiciorum, ut Grotius volebat: neque ex reſponſo Dei colligi poteſt, eum inſtituere voluiſſe collegium LXX. Virum, qui graviores cauſas una cum Moyſe dijudicarent. *Seponam*, inquit Deus, *de ſpiritu tuo*, *& imponam eis*, *ut ſuſtentent tecum onus populi*. Hic intelligitur utique illud onus, de quo queſtus fuerat Moyſes, hoc eſt, quod quoties Hebræos ſuæ ſortis pœnitebat, omnem culpam in Moyſem transferrent, & id, cujus eos inceſſiſſet cupiditas, ab eodem efflagitarent. Hoc illud onus eſt, quod una cum Moyſe ſuſtinere debuerunt LXX. Viri. Propterea ipſos Deus ſingularibus ac θαυμασίοις donis inſtruxit, fecitque, ut aliter ipſi animati eſſent, quam cæteri, nec tam facile, quam cæteri deficerent; ſed una cum Moyſe indignantem ac rebellantem populum reprimerent, quippe quibus ſuæ ἐξοχαὶ eximiam autoritatem afferre poſſent.

XXII. Cæterum lecti fuerunt LXX. illi Viri ex Senioribus & Præfectis populi. Verba Dei ad Moyſen ſunt: אספה לי שבעים איש מזקני ישראל אשר ידעת כי הם זקני העם ושטריו *Congrega mihi LXX. Viros de Senibus populi*, *quos tu noſti*, *quod Senes populi ſint*, *ac Magiſtri ejus*, *Num. XI.* 16. Ex his apparet, illos ipſo LXX. Viros habuiſſe jam antea eximiam quandam ac ſingularem autoritatem inter ſuos; imo & poteſtatem. Seniorum Iſraelis frequens in ſacra hiſtoria fit mentio. In Exodi capite III. verſ. *16.* jubetur Moyſes Seniores Iſraelis alloqui in Ægypto, iiſque conſilium Dei exponere. Ibidem *Seniores* Iſraelis jubentur una cum Moyſe adire Regem, eique exponere idem conſilium Dei. Porro in Exodi cap. XXIV. jubet Deus una cum Moſe, Aarone, Nadabo & Abihu in montem aſcendere שבעים מזקני ישראל *ſeptuaginta de Senioribus Iſraelis*. Soli tamen Moyſi permittitur accedere propius; cæteri e longinquo ſtare ac adorare jubentur. In eodem cap. v. XI. iidem LXX. Senes vocantur אצילי ישראל *Principes ſive primores Iſraelis*. Non tamen habuiſſe eos poteſtatem cauſas dijudicandi, liquido apparet ex ejuſdem cap. verſiculo XIV. Cum Moyſes iterum in montem juſſus eſſet aſcendere, Seniores iſtos his verbis compellavit: *Expectate hic*, *donec revertamur ad vos*: *Habetis Aaron & Hur vobiſcum*: מי בעל דברים ינש אליהם *ſi quid natum fuerit quæſtionis* (ſi quis jure cum altero voluerit experiri) *referetis ad eos*. Ex quibus apparet, controverſias & lites non ad prædictos Seniores, ſed ad Aaronem & Hurem debuiſſe deferri. Iſti igitur LXX. Senes, de quibus eſt in Exod. XXIV. capite, propter ætatem & experientiam multarum rerum, autoritatem modo inter ſuos habuerunt, ut ipſorum exemplum facile ſecuti fuerint alii; non vero lites dijudicandi poteſtatem. In aliis linguis ea vocabula, quæ Hebræo זקנים reſpondent, quandoque ſignificant non aliter; quandoque etiam poteſtatem ſimul ſignificant. Non autem putandum eſt, eos LXX. quorum in Exodo cap. XXIV. fit mentio, eoſdem eſſe cum his, quorum in Numeris c. XI. fit mentio. Illi, quorum in Numeris fit mentio, conſtituti tum demum fuerunt, cum Moyſes queſtus eſſet de onere ac moleſtia, quæ ipſi a ſuis faceſſi ſolebat. Nihil tamen prohibet LXX. iſtorum, qui Moyſis collegæ facti ſunt, quoſdam fuiſſe antea inter alteros LXX. quorum mentio fit in Exodi cap. XXIV.

XXIII. Lecti etiam fuerunt LXX. iſti Viri, quorum Num. XI. fit mentio, ex *præfectis* ſive *moderatoribus* populi. Fuerant igitur antea שוטרים hoc eſt, poteſtatem quandam civilem habuerant inter ſuos, & cauſas dijudicarant. Ex ſuperioribus recolamus ea, quæ ex Exodi cap. XVIII. dicta ſunt de his, quibus Moyſes leviores & liquidi juris cauſas judicandas demandavit, de decarchis, inquam, pentecontarchis, hecatontarchis, ac chiliarchis. Hi utique poteſtatem civilem habuerunt inter ſuos, eam nimirum quæ pertinet ad cauſas judicandas. Iidem vero ob poteſtatem quam habebant, שוטרים a Moyſe dicuntur ibi, ubi populo in memoriam revocat omnia illa quæ in deſertis Arabiæ uſu venerant. In Deuteronomii nimirum capite primo hiſtoriam de variis iſtis judicibus ſanctus Moyſes repetit his verbis: *Dixi vobis in illo tempore*: *Non valebo ſolus negotia veſtra ſuſtinere & pondus ac jurgia*. *Date ex vobis Viros ſapientes*, *& gnaros*, *quorum converſatio ſit probata in tribubus veſtris*, *ut ponam eos vobis principes*. *Tunc reſpondiſtis mihi*: *bona res eſt*, *quam vis facere*. *Tulique de tribubus veſtris* (capita) *viros ſapientes & nobiles* (notos) *& conſtitui eos principes*, *tribunos*, *& centuriones*, *& quinquagenarios & decanos* ושוטרים לשבטיכם *& præfectos tribubus veſtris*. Ex his apparet ſane, viros iſtos שוטרים *Schoterim* dici propter poteſtatem, quam tum acceperunt.

runt. Quod igitur Moyses jussus fuit deligere LXX. Viros ex Senioribus & *præfectis* (Schoterim) populi: putandum est, hos fuisse lectos ex istis quoque Schoterim, quos causis dijudicandis non multo ante ipse præfecerat. De voce שוטר disputant Viri docti, quid ea ipsa significetur. R. Moses Maimonides in hal. Sanhedrin שופטים & שוטרים ita distinguit: שופטים אלו הדיינים הקבועים בבית דין ובעלי דינין באים לפניהם שוטרים אלו בעלי מקל ורצועה והם עומדים לפני דיינים המסבבים בשוקים וברחובות ועל החנויות לתקן השערים המדות ולהכות כל מעוות וכל מעשיהם על פי הדיינים: Schophethim *sunt judices, qui constituti sunt a Synedrio Magno* (in singulis civitatibus, ut ex cod. Talm. Sanh. supra ostendimus. Buxtorfius in Lex. ad vocem שוטר minus recte vertit, *fixi in domo judicii*) *& qui jure experiri volunt, sistunt se coram ipsis. Schoterim autem sunt illi, qui instructi baculo & loro, stant coram judicibus, circumeunt forum, plateas & tabernas, ut dirigant* (instaurent) *portas & mensuras, & percutiant omnes iniquos ex sententia judicum*. Istam differentiam τῶν שופטים & τῶν שוטרים exponit Maimonides, cum dixisset in lege (Deut. XVI. 18.) præceptum esse, ut in singulis civitatibus שופטים & שוטרים instituantur. Conjunguntur duæ istæ voculæ & alibi: ut Josuæ ultimo v. I. ubi legimus, Josuam cum is valde provecta jam ætate esset, convocasse את זקני ישראל ואת ראשיו ואת שופטיו ואת שוטריו *Seniores Israelis, & capita eorum, & judices eorum, & præfectos eorum*. Nobis non liquet, eam fuisse τῶν שופטים & τῶν שוטרים differentiam, quam Maimonides constituit, quam & Viri docti, Wilh. Schickardus, Constantinus l' Empereur, Nicolaus Fullerus, aliique pro vera acceperunt. Certe in Deut. primo cap. versiculo XV. quem paulo ante transcripsimus, ea differentia locum non habet: sed *oi* שוטרים sunt ipsi שופטים. Deinde in Num. XI. ubi Moses jubetur LXX. Viros legere ex Senioribus & שוטרים, itidem non potest ea significatio vocis esse, quam Maimonides ei tribuit. Non enim verisimile est, Viros istos ex talibus fuisse lectos, qui τοῖς שופטים judicibus inferiores essent, ac non potius ex ipsis τοῖς שופטים. Græci Interpretes solent vocem שוטרים vertere his Græcis, γραμματεῖς, γραμματοεισαγωγεῖς. Ex quibus posterior satis videtur accommodata esse vocis Hebrææ significationi exprimendæ. D. Augustinus miram ejus significationem credidit esse. Apparet id ex libro XVIII. de Civit. Dei cap. 39. ubi hæc scripsit: *Moyses in populo Dei constituit, qui docendis literis præessent, priusquam divinæ legis ullas literas nossent. Hos appellat Scriptura* (Versio Græca Scripturæ) *grammatoisagoges, qui Latine dici possunt literarum inductores, eo quod eas inducunt vel introducunt in corda discentium*. Falsus fuit S. Pater tum in eo, quod credidit Moysem, ubi Grammatoisagoges instituisse legitur, præceptores sive ludimagistros instituisse: tum in ipsa vocis Græcæ interpretatione. Ipsi Græci Interpretes voce γραμματοεισαγωγεῖς sine dubio non alios significare voluerunt, quam τοὺς שופטים *judices*. Εἰσάγειν τὴν γραφὴν ἢ δίκην dicebantur apud Græcos, qui judicium rei constituebant, & rei dabant actionem. Et εἰσαγωγεὺς dicebatur, qui actionem rei dare poterat, & lege agere jubere. Quæ vero vox subaudiri solebat, τῆς γραφῆς, ἢ τῶν γραμμάτων scilicet, cum ea Græci Interpretes composuerunt alteram, dixeruntque γραμματοεισαγωγεύς. Dicitur, εἰσάγειν τὴν γραφήν, & deinde sine addito, εἰσάγειν τὴν γραφὴν, & deinde sine addito, εἰσάγειν. Sic quoque dicitur εἰσαγωγεὺς & γραμματοεισαγωγεύς. Vide omnino summi Viri, Guilielmi Budæi Commentarios Græcæ Linguæ.

XXIV. De LXX. Viris, quos Moyses deligere jussus fuit, proditum etiam est in prædicto loco, ipsos, cum eximiis ac singularibus donis instructi essent, *prophetasse*. Qualem istam נבואה *prophetiam* credemus fuisse? An talem, qua mera futura fuerint prædicta? Non videtur commode ita posse intelligi. Voces נבא & התנבא non semper significant *futura prædicere*; & נביא non semper *Prophetam* significat, qui *futura prædicat*; sed alius etiam istarum vocum est significatus. Ex libri primi Samuelis cap. X. & XIX. liquere potest, נביאים *Nebiim* etiam dici, qui ἐνθουσιασμῷ correpti, laudes divinas singulari ratione decantant. In capitis X. versiculo quinto scribitur de his, quæ divus Samuel prædixit Saulo de futura ejus conditione. *Posthæc*, inquit Samuel, *venies in collem Dei, ubi est statio Philistinorum, & cum ingressus fueris ibi urbem, obvium habebis gregem* הנביאים *prophetarum, descendentium de excelso, & ante eos psalterium, tympanum, & tibiam, & citharam; ipsosque prophetantes. Et insiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alium*. Paucis interjectis hæc sequuntur: *Cum avertisset humerum suum, ut abiret a Samuele, immutavit ei Deus cor aliud, & venerunt omnia signa*

hæc

hæc in die illa. Veneruntque ad prædictum collem, & ecce cuneus prophetarum obvius ei: & insiliit super eum Spiritus Domini, & prophetavit in medio eorum. Ex his satis apparet, Nebiim quandoque significare tales, quales dixi. Quod autem isti *Nebiim* in Latina versione *Prophetæ* appellantur, id neminem turbare debet. Nimirum id frequens est, ut, si duæ pluresve vocis alicujus Hebrææ sunt notiones, una quoque Græca voce ambæ istæ notiones exprimantur. Vox נביא significat talem, qui futura prædicit, & talem quoque, qui laudes divinas peculiari ratione decantat. Eorum significatuum est cognatio quædam. Nam & is, qui futura prædicit, & alter, qui ista ratione laudes divinas decantat, peculiari impulsu ac instinctu divino id facit. Græca vox προφήτης si originem spectes, Hebrææ voci respondere potest in uno modo istorum significatuum. Eandem vero Interpretes respondere jubent in altero quoque significatu, ut nimirum significet eum, qui laudes divinas ἐνθουσιασμῶν decantat. Istiusmodi igitur *Nebiim* putamus fuisse LXX. istos, quos Moyses ex Senioribus & præfectis populi deligere jussus fuit. Fuerant illi jam antea Seniores populi, ejusdemque præfecti ac prætores, ut paulo ante diximus; atque igitur præcipuam quandam inter suos habuerant potestatem. Cum vero aliæ quoque ὑπεροχαὶ in illis apparerent, ut nimirum in ipsos Spiritus Dei insiliret, ipsique coram populo singulari ratione divinas laudes decantarent: intellexit illico omnis populus, hos Viros sibi præcipue venerandos atque audiendos esse. Ipsi etiam Viri, cum a Deo percellerentur, aliter cœperunt animati esse, quam cæteri, hoc est, ut, cum antea una cum cæteris indignati fuissent, Moysique facessivissent molestiam, postea essent ἀλαβέστατοι atque una cum Moyse indignantem populum reprimerent. Quod vero additur in prædictis verbis ולא יספו, id satis recte videtur versum esse a Latino Interprete, *nec ultra cessaverunt:* (prophetare) ejusque videtur hic intellectus esse, quod retinuerint ista dona Spiritus, ut non semel modo, sed plurimis vicibus post illa divinas laudes decantarint. Vox יסף significat equidem alias *addere*, *pergere*. In nostris vero ea significatio parum commoda est. Neque enim isti viri autoritatem illam, quam in populo habere debuerunt, illibatam potuerunt retinere, nisi subinde indignabundo populo ὑπεροχὰς suas demonstrarent. Non autem inusitatum est, voces Hebræas obtinere significationes plane contrarias. Sic enim ברך *benedicere* significat, & *maledicere*. סכל *prudentem* & *stultum* esse: יחד *simul* & *seorsim*; cujus posterioris significatus exempla sunt Esræ c. IV. 3. Job. XXXIV. 29. עבר *trans* & *cis*.

XXV. Satis apparuit, LXX. Viros, quos Moyses deligere jussus fuit, non propterea fuisse lectos, ut graviores causas judicarent, & una cum Moyse collegium LXXI. judicum constituerent. Quoniam autem ipsi judiciorum causa lecti non fuerunt, male cum iisdem confertur Synedrium magnum, quod ætate Herodis fuisse scimus. Hoc enim ex judicibus utique constitit. Qui autem factum est, ut Rabbini scripserint in Sanhedrin: *Unde constat*, LXXI. *fuisse Synedrii magni judices? Ex eo, quod dicitur: Congrega mihi* LXX. *viros ex Senioribus Israelis* [Num. XI.] *His Moses junctus erat. Ecce tibi* LXXI. An credibile est, Rabbinos adeo non intellexisse verba, quæ sunt in Numeris, ut cum nulla in his LXX. judicum fiat mentio, ipsi Synedrium magnum (collegium LXX. judicum) ex istis arcessere voluerint? Sane προσαντὲς hoc cuipiam videri possit. Sed dicendum tamen id quod res est. Rabbini cum scirent, proximis seculis, quæ ipsorum tempora antecesserant, collegium aliquod LXX. judicum fuisse Hierosolymis; atque item ex historia sacra didicissent, Moysis quoque temporibus collegium aliquod LXX. Virum fuisse institutum: conjectaverunt duo ista collegia ejusdem fuisse generis, & jam inde a Moysis ætate ad Herodis usque tempora unum idemque collegium perpetua cooptatione durasse. Nimirum id Talmudicis solenne est, eorum institutorum, quæ proximis superioribus seculis in Judæis obtinuisse sciverunt, rationem reddere velle ex ipsa historia sacra. Sed quam inepte id plerumque fecerint, ipsorum commentarios legentibus non potest esse incognitum. Non magni modo Synedrii originem ex sacra historia voluerunt ostendere, sed minoris quoque, quod XXIII. Virorum fuit. In codice Sanhedrin, ubi de origine Synedrii magni disquiritur, mox & numeri XXIII. Virorum, qui Synedrium parvum constituerunt, rationem reddere sunt conati. Ipsa Talmudis verba jam supra produximus. Sed nunc etiam ea sunt repetenda, ut quomodo Rabbinorum probationes se habeant, rectius appareat. ומניז לקטנה שהיא של עשרים ושלשה *Numerus minoris Synedrii, quod is sit viginti & trium* (unde constat?) Ex illo: *& judicabunt cœtus &c. & eri-*

pient cœtus Num. xxxv. 24. *Cœtus judicat: cœtus eripit. Qui vero probatur, cœtum esse decem hominum? Ex illo:* quousque cœtui huic malitioso &c. Num. xiv. 27. *Semove Josuam & Calebum. At quæ ratio est adjungendi insuper ternos? Ex illo, quod intelligendum datur in isto:* Ne sequaris plures ad mala, Exod. xxiii. 2. *Subaudio esse mihi hos sequendos in bonum. Si ita est, quare amplius additur;* post plures inclinando. *Non similiter ut in bonum, ita in malum inclinatio est facienda. In bonum vel ex unius sententia pronunciare licet: in malum non nisi si duorum suffragia præponderent. Jam consessus judicum non est, ut parili constet numero. Ergo his unus insuper additur. Habes XXIII.*

XXVI. Egregie vero sic ostenderunt Rabbini, numerum virorum, qui Synedrium minus constituerent, debuisse viginti trium esse. Quæ nugæ erunt, si hæ non sunt? Primo duos cœtus elicere conantur ex eo, quod Num. xxxv. scriptum est: *Quod si fortuito absque inimicitia impulerit eum, aut jecerit super eum omne vas, absque insidiis, aut omnem lapidem, quo interfici aliquis possit, & non viderit, jeceritque super eum, & mortuus fuerit, ille vero non fuit hostis ejus, neque malum ipsius quæsivit, tum judicabit cœtus inter percussorem, & inter vindicem sanguinis super judiciis istis, & eripiet cœtus percussorem de manu vindicis sanguinis &c.* Sed ex his non liquet de duplici עדה *cœtu, ecclesia*. Idem cœtus, qui judicare debuit, debuit etiam a percussore vim defendere. Deinde quam ineptum est, quod duplicem quem fingunt, cœtum probare conantur decem fuisse hominum! In Numer. cap. xiv. proditum est de illis, qui in Palæstinam ablegati fuerant, & cum inde rediissent, de occupatione ejus desperare fecerant populum. Ibidem vero his verbis utitur Deus: *Usquequo multitudo hæc pessima murmurat contra me? querelas filiorum Israel audivi. Dic ergo eis: Vivo ego, ait Dominus, sicut locuti estis audiente me, sic faciam vobis. In solitudine hac jacebunt cadavera vestra, omnes, qui numerati estis a viginti annis & supra, & murmurastis contra me.* Ex his Rabbini colligunt, cœtum esse decem hominum. At quam inepte! Non modo de decem istis viris hæc sunt intelligenda, qui una cum Calebo & Josua in Palæstinam penetraverant; sed de multis millibus: de omnibus, inquam, qui annos nati fuerunt viginti aut amplius. Non modo decem viri murmuraverant, sed vero multa millia. Si vero maxime decem modo murmurassent, isti nimirum, qui una cum Calebo & Josua Palæstinam lustraverant: non tamen cœtus ille murmurantium cum isto judicum cœtu potest conferri, de quo in Numerorum c. XXXV. agitur. Piget ruspari, quomodo numerum trium probent, qui ultra viginti sunt in minore Synedrio. Liquere cuivis potest, non ea ἀκριβέστερα, quam sunt altera. Ἐπιφυλλίδες ταῦτ᾽ ἐστὶ καὶ στωμύλματα. Qua vero ἀκριβείᾳ numerum viginti trium probarunt, ea etiam probarunt numerum LXX. & unius. Ex eo, quod Moyses constituit LXX. viros, qui indignantem ac rebellantem populum una cum ipso reprimerente, colligere conati sunt isti, Moysem constituisse collegium LXX. judicum, qui graviores causas una cum ipso dijudicarent, hocque collegimus usque ad postrema Reip. tempora perpetua cooptatione durasse. Sed de Rabbinis non adeo mirum est, ipsos istum in modum fuisse nugatos; cum & de cætero plurima conficta prodiderint, idque a Viris doctis satis sit animadversum. Adscribam de ipsis judicium magni Casauboni ex exercitatione XVI. contra Baron. num. VIII. *Rabbinis*, inquit, *ubi de lingua Hebraica agitur, & vocis alicujus proprietate, vel aliquo Talmudico instituto, merito a Christianis tribuitur non parum: ubi vero a verbis venitur ad res, aut ad historiam vel rerum antiquarum veteris populi explicationem, nisi falli & decipi volumus, nihil admodum est illis fidei habendum.* Gemina his ejusdem Viri produximus supra. Id mirum est, eosdem Viros doctos, qui Talmudicas nugas satis agnoverant, non modo id accredere Rabbinis, quod hi proximis seculis, quæ ipsorum ætatem antecesserant, Hierosolymis Synedrium aliquod LXXI. judicum fuisse prodiderunt; sed etiam in eo consentire iisdem, quod tale Synedrium jam inde a Moysis temporibus exstitisse putarunt. Sane in isto loco, in quo istius Synedrii institutionem se deprehendere credunt, nihil admodum de tali re est proditum.

XXVII. Sunt deinde & alia nonnulla, in quibus Synedrii magni vestigia quærunt. Verum si recte ea expendantur, tantum abesse intelligetur, ut de istiusmodi Synedrio in illis agatur, ut contra liquido ex iis appareat id quod nos volumus, Synedrium tale divi Moysis & proximis sequentibus ætatibus minime exstitisse. Nos nunc porro disputabimus & illa. Ante tamen consideremus, quæ divi Moysis autoritas tum fuerit, cum LXX. Viros ipse jam allegisset. Apparet

ejus

ejus poſt illa nihilominus ſingularem quandam & præcipuam manſiſſe autoritatem. Idque non uno argumento conſtare poteſt. Paulo poſt allectos LXX. Viros, cum jam veniſſent ad Kadesbarnea uſque, juſſit Deus exploratores ante in Palæſtinam ablegare, quam in eam penetrarent toto agmine. Tum vero non LXX. Viris, ſed ſoli Moyſi, tu alias factum fuerat, expoſitum fuit mandatum. Initio c. XIII. Numerorum de eo hæc ſunt verba: *Mitte Viros, qui conſiderent terram Canaan, quam daturus ſum filiis Iſrael, ſingulos de ſingulis tribubus, ex principibus. Fecit Moyſes, quod Dominus imperaverat, de deſerto Pharan mittens principes Viros.* Longo poſt tempore, cum quadraginta fere annis in deſertis Arabiæ commorati jam eſſent, ac tandem aliquando per Edomitarum regionem penetrare vellent in Palæſtinam, legati ad Regem Edomitarum miſſi ſunt non a LXX. Viris, ſed a Moyſe. De eo eſt in Num. cap. XX. *Miſit interea nuncios Moyſes de Kades ad Regem Edom.* Cum deinde bellum gerendum eſſet cum Midianitis, Deus itidem ſoli Moyſi expoſuit mandatum, ut legere eſt Num. XXXI.

XXVIII. Nunc porro conſiderabimus ea, quæ de judiciorum forma leguntur in Deuteronomii capite XVI. & XVII. Hæc enim & ipſa credunt talia eſſe, in quibus Synedrii magni veſtigia appareant. Priuſquam Hebræi in Palæſtinam penetrarunt, expoſuit ipſis Moyſes, quomodo cauſæ dijudicandæ eſſent, cum in ipſam Palæſtinam jam veniſſent. Ut rectius res intelligatur, adſcribam ex prædictis capitibus nonnulla. In extremo decimo ſexto hæc leguntur: *Judices & Magiſtros* (שופטים ושוטרים) *conſtitues in omnibus portis tuis, quas Dominus tuus dederit tibi, per ſingulas tribus tuas, ut judicent populum juſto judicio.* In decimo ſeptimo deinde v. 8. & ſeqq. hæc ſequuntur: *Si difficile & ambiguum apud te judicium eſſe perſpexeris, inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non lepram, & judicum intra portas tuas videris verba variari, ſurge & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus,* ובארת אל הכהנים הלוים ואל השפט אשר יהיה בימים ההם ודרשת והגידו לך את דבר המשפט ועשית על פי הדבר אשר יגידו לך מן המקום ההוא אשר יבחר יהוה ושמרת לעשות ככל אשר יורוך וגו׳ : *Venieſque ad Sacerdotes Levitici generis* (Levitas, qui ex tribu Levi ſunt oriundi) *& ad judicem, qui fuerit iſto tempore, quæreſque ab eis, qui indicabunt tibi judicii veritatem. Et facies, quodcunque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te juxta legem ejus, ſequeriſque ſententiam eorum: nec declinabis ad dextram, neque ad ſiniſtram.* והאיש אשר יעשה בזדון לבלתי שמוע אל הכהן העומד לשרת שם את יהוה אלהיך או אל השופט וגו׳ *qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo: ex decreto judicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael.* Poſtrema hæc perperam ſunt verſa, & mentem ſacri ſcriptoris non exprimunt. Debent autem verti atque diſtingui hoc modo: *Quicunque ſuperbus aut contumax fuerit, & noluerit obedire Sacerdoti, qui ſtat ad miniſtrandum Domino Deo tuo, aut judici* (qui erit iſto tempore, ut in ſuperioribus) *moriatur Vir ille, & auferes malum de Iſrael.* Ex iſtis igitur omnibus apparet, in ſingulis civitatibus debuiſſe conſtitui aliquos, qui cauſas civiles dijudicarent: deinde ſi cauſa quæpiam difficilior eſſet, eam debuiſſe deferri vel ad Sacerdotes vel ad Judicem, & ab his reſponſum juris debuiſſe referri.

XXIX. Sacerdotes in proximis ſuperioribus intelligendi ſunt iſti, qui in illo loco verſarentur, quem Deus elegiſſet, hoc eſt, in quo tabernaculum eſſet, & ſacra quoque munia obirent. Hoc ſatis intelligitur ex his: *Qui noluerit obedire Sacerdotis imperio, qui ſtat ad miniſtrandum ibi* (in ſancto) *Jehovæ Deo tuo* &c. Itemque ex iſtis, quæ præceſſerant: *Faciet ſecundum verbum, quod indicabunt tibi de loco iſto, quem elegerit Jehova.* Inter eos vero primarius omnino eſt qui ראש הכהנים & כהן גדול appellari ſolet, quique ſacrum amiculum, in quo Urim & Thummin erat, geſtabat. Hinc factum videtur, ut in poſterioribus non πληθυντικῶς, ſed ἑνικῶς dicatur, *qui noluerit obedire imperio Sacerdotis.* Quæ ratio fuerit reſponſorum, quæ per Urim & Thummim dabantur, non ſatis liquet. Id vero certum eſt, ſummum Sacerdotem cum iſtud ſibi applicuit, per illud ipſum reſponſum dediſſe exquirentibus. Sed non ſemper illuſtri iſta ratione reſponſa videtur dediſſe ſummus Sacerdos. Apparet ex eo, quod controverſiæ debuerunt referri ad Sacerdotes; non ad unum Sacerdotem ſummum. Nimirum ceteri Sacerdotes, qui preter ſummum fuerunt, non uſi fuerunt amiculo iſto, in quo fuit Urim & Thummim. Si igitur judicare quicquam debuerunt cæteri, neceſſe fuit judicare eos ſecundum leges ſcriptas.

XXX. Porro in productis Deuteronomii

mii verbis de Judice quoque eſt ſcriptum, debuiſſe nimirum ad ipſum quoque difficiliores controverſias referri. In vulgata verſione verba ita ſunt expreſſa, ut Judex iſte a Sacerdotibus non intelligi poſſit diverſus eſſe. Ita enim habetur in illa: *Ex decreto judicis morietur homo ille*. Sed in Hebræo eſt disjunctiva particula או quę ſatis oſtendit judicem, qui ſignificatur, a Sacerdotibus diverſum eſſe. In priore autem verborum parte habetur ita: ואל השופט אשר יהיה בימים ההם *& ad judicem, qui erit iſto tempore*. In his litera ו non habet explanandi vim, ut nimirum ſignificet, judicem eſſe eundem cum Sacerdotibus. Sic enim incommoda foret ῥῆσις, *Venies ad Sacerdotes, Levitas, & ad judicem, qui erit iſto tempore:* propterea quod de judice non ἑνικῶς, ſed πληθυντικῶς, quemadmodum de Sacerdotibus, debuiſſet dici. Deinde nec conjungendi vim habet litera ו, ut nimirum ſignificet, & ad judicem debuiſſe deferri unam eandemque cauſam. Habet vero eadem litera in iſtis verbis vim disjungendi, ut idem valeat, quod particula או *aut*. Talem disjungendi vim habet item in aliis. Exempli cauſa II. Sam. II. 19. *Non declinavit ad dextram* ועל *&* (vel) *ad ſiniſtram*. Prov. XXX. 8. ראש ועשר *paupertatem &* (aut) *divitias ne des mihi*. Nec aliter præfixum illud uſurpatur Exod. XII. 5. Exod. XXI. 15. Lev. VI. 3. Sed nec aliam vim obtinere poſſe in noſtris, ſatis apparet ex eo, quod paucis interjectis pro præfixo ו ponitur ipſa disjunctiva particula או *aut*. Debuerunt igitur difficiliores cauſæ deferri vel ad Sacerdotes, vel ad Judicem, qui iſto tempore futurus eſſet. Judex non poteſt alius eſſe ab iſtis heroibus, qui in libro Judicum commemorantur certis quibuſdam temporibus a Deo excitati atque eximiis virtutibus inſtructi fuiſſe. Et illi quidem ſinguli exſtiterunt, ut ex dicto libro apparet. Idcirco in verbis Deuteronomii bis poſitum eſt ἑνικῶς, השופט. Sane & illi, qui in ſinguli civitatibus cauſas dijudicarunt, שופטים *judices* dicuntur in extremo decimo ſexto capite Deuteronomii. Iſte vero, qui certis quibuſdam temporibus a Deo excitatus fuit, κατ' ἐξοχὴν שופט *judex* appellatur. Sic & Carthagini ſupremos Magiſtratus *Suffetes* appellabant, tali nimirum nomine, quod ejuſdem originis eſt, cujus eſt vox Hebræa. Nimirum Pœnorum linguam Hebrææ valde cognatam, ejuſque dialectum quandam fuiſſe, non uno argumento conſtare poteſt. Lege ſis elegantem diatribam de lingua Punica, quam Vir ſummus, & amicus noſter Thomas Reineſius pridem edidit in publicum: itemque Samuelis Bocharti, Viri itidem ſummi opus, quod nominibus Phaleg & Canaan inſcripſit. Feciſſe vero Judices ita, ut in Deuteronomio præſcriptum erat, ex libro Judicum, & primo Samuelis liquere poteſt. De Samuele, illorum judicum poſtremo, legimus in extremo ſeptimo cap. libri I. Samuelis: *Judicabat quoque Samuel Iſraelem cunctis diebus vitæ ſuæ, & ibat per ſingulos annos, circumiens Bethel, & Galgala, & Maſpah, & judicabat Iſraelem in ſupra dictis locis. Revertebaturque in Ramatha: ibi enim erat domus ejus*. Ex his apparet, non neceſſe habuiſſe eos, qui jure experiri vellent, Ramatham proficiſci, ubi Judicis domicilium fuit: ſtatis enim temporibus ipſum Judicem conceſſiſſe in certas quaſdam urbes, atque in his judicaſſe cauſas. Nec aliter videntur feciſſe cæteri Judices; quo nimirum moleſtias itinerum, quas plurimos neceſſe fuiſſet experiri, ipſe unus experiretur. Sed Judices iſtiuſmodi non quovis tempore exſtiterunt. Excitavit tales Deus certis modo temporibus, ut ex libro Judicum conſtat. Et diſerte in eo ipſo libro non ſemel ſcriptum reperimus: בימים ההם אין מלך ישראל *Illo tempore non erat Rex in Iſrael quiſque faciebat, quod ſibi rectum videbatur*. Voce מלך autem ſignificari ibi Judicem talem, de quo diximus, nullum eſt dubium. Cum igitur non exſtiterunt tales, adeundum fuit ad ſolos Sacerdotes.

XXXI. Videamus nunc, an in verbis Deuteronomii, quæ expendenda ſumpſimus, Synedrii Magni appareat veſtigium. In iſtis verbis Judicem ſeparavimus a Sacerdotibus. Judex talis, quales Othoniel, Gideon, Samuel fuerunt, graviſſimas cauſas potuerunt ſoli judicare. Deinde eaſdem potuerunt etiam judicare Sacerdotes qui in loco ſancto ſacra munia obierunt. Si igitur Synedrii magni veſtigia ſunt in capite XVII. Deuteronomii, Sacerdotes illud conſtituiſſe credendum eſt. Sed horum oportuit LXX. eſſe, qui judicarent, ſi Synedrium magnum debuerunt conſtituere. Nam Synedrium illud vel LXX. vel uno amplius conſtitiſſe prodiderunt Rabbini. Verum enimvero tantum abeſt, ut tot Sacerdotes adeſſe debuerint, qui graviſſimas cauſas judicarent, ut vel ſolus ſummus Sacerdos id facere potuiſſe videatur: quemadmodum ſolus Judex potuit. Sane, cum ſemel πληθυντικῶς dixiſſet ſacer Scriptor, *Venies ad Sacerdotes*, deinde ἑνικῶς loquitur, *Qui autem ſu-*

ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo &c. Porro, ſi plures fuerunt, qui judicare debuerunt, *omnes* tamen debuerunt Sacerdotes eſſe, atque adeo ex tribu Levi. Verba Moyſis ſunt: *Venies ad Sacerdotes, Levitas.* Atque inter illos primarius ſine dubio fuit Pontifex maximus. In Synedrium magnum, quod Herodis ætate fuit, non Sacerdotes modo, ſed & alii allecti fuerunt. Maymonides in hal. Sanhedrin c. 2. המצוה להיות בסנהדרין גדולה כהנים הלוים שנאמר ובאת אל הכהנים הלוים ואם לא מצאו אפילו היו כולם ישראל הרי זה מותר *Præceptum eſt ut ſint in Synedrio Magno Sacerdotes Levitæ, juxta id quod ſcriptum eſt: Et venies ad Sacerdotes Levitas*, Deut. XVII. *At ſi non inveniantur in illis, qui cooptari poſſint, ſed omnes ſint Iſraelitæ, tamen ſatis legitimum eſt Synedrium.* Ex his Maymonidæ apparet, ipſum quoque in Deut. XVII. quæſiviſſe Synedrii Magni veſtigia; non aliter quam hodie faciunt Viri docti. Hi vero cum Maymonide & Talmudiſtis idem Synedrium credunt inſtitutum fuiſſe, cum Moyſes legere juſſus fuit LXX. Viros, de quo eſt in Num. cap. XI. Componamus igitur Numerorum caput XI. & Deuteronomii XVII. In Deuteronomio præcipitur, ut graviores cauſæ ex ſinguli civitatibus referantur ad *Sacerdotes*, qui ſacra munia in loco ſancto obeunt. Hoc certiſſimum eſt, neque dubitare de eo licet. In Numeris autem, ut ſupra oſtendimus, non eſt præceptum, ut LXX. Viri una cum Moyſe graviores cauſas judicarent. Apparet itaque una diverſitas. Sed eſt & alia, nec parvi ea momenti. In Deuteronomio præceptum reperimus, ut graviores cauſæ ad *Sacerdotes* referrentur, eoſque *meros*, nec aliis permixtos. LXX. autem Viri, quos Moyſe legere juſſus fuit in Num. XI. non fuerunt Sacerdotes, neque cum jam lecti eſſent, ſacerdotes fuerunt facti; ſed fuerant זקני העם ושוטריו *Seniores populi, & præfecti ſive judices ejus*, ut ſupra expoſuimus, atque adeo ſine dubio ex quibuſvis tribubus.

XXXII. Plurimum, ut apparet, eſt inter LXX. Viros, quos Moyſes legit & inter Synedrium Magnum, quod ætate Hærodis fuit. Plurimum item inter iſtos judices, quorum in Deut. XVII. fit mentio, & idem Synedrium. Plurimum rurſus inter LXX. Viros, quos Moyſes legit, atque illos judices, quorum in Deut. XVII. fit mentio. Neque igitur eſt, quod in componendis iſtis laboretur amplius. Et ſane niſi perſuaſi fuiſſent Viri docti, in Num. XI. de Synedrii Magni inſtitutione agi: ne quidem in mentem ipſis veniſſet, in Deuteronomii cap. XVII. ejuſdem Synedrii querere veſtigia. Cum autem eſſent de priore illo, ut Synedrii ſucceſſionem oſtenderent, viſum fuit in Deut. XVII. veſtigia illa quærere. Quoniam oſtendi poteſt, collegium LXX. Virorum, quod Moyſes inſtituit, non fuiſſe LXX. judicum collegium, quod Synedrium magnum vocant: neque illa, quæ ſunt in Deuteronomio, magnum momentum obtinere poſſunt ad id, quod volunt probandum. Eſt autem & alius locus, in quo de Synedrio magno agi, Viri docti perſuaſum habent. Nimirum in Paralipomenon c. XIX. eſt proditum, optimum Regem Joſaphatum de judiciis recte conſtituendis multam curam ſuſcepiſſe; primo in ſingulis civitatibus conſtituiſſe judices: deinde Hieroſolymis conſtituiſſe quoſdam, qui de his diſpicerent quæ difficiliora eſſent, & ex cæteris civitatibus ad ipſos referrentur. Verba, quæ in ſacra hiſtoria ſunt, ita habent: *Conſtituit judices terræ in cunctis civitatibus Juda munitis, per ſingula loca &c.* Alia, quæ paucis interjectis ſequuntur, hæc ſunt: *In Jeruſalem quoque conſtituit Joſaphat Levitas & Sacerdotes, & principes familiarum ex Iſrael, ut judicium & cauſam Domini judicarent habitatoribus ejus:* (ad judicium Domini, & ad controverſias) *præcepitque eis dicens: Sic agetis in timore Domini fideliter & corde perfecto. Omnem cauſam, quæ venerit ad vos, fratrum veſtrorum, qui habitant in urbibus ſuis, inter cognationem & cognationem* (inter ſanguinem & ſanguinem) *ubicunque quæſtio eſt de lege, de mandato, de ceremoniis, de juſtificationibus* (de ſtatutis) *oſtendite eis, ut non peccent in Dominum, & ne veniat ira ſuper vos: ſic ergo agentes non peccabitis. Amarias autem Sacerdos & Pontifex veſter, in his, quæ ad Deum pertinent, præſidebit: porro Zabadias, filius Iſmahel, qui eſt Dux in domo Juda, ſupra ea opera erit, quæ ad Regis officium pertinent: habetiſque magiſtros Levitas coram vobis, confortamini & agite.*

XXXIII. Iſtis igitur verbis de Synedrio magno putant proditum eſſe, quod inſtitutum ſit a Joſaphato. Nos ante omnia cogitemus, quanto intervallo Joſaphati ætas diſtet ab illo tempore, quo Moyſes pronunciavit ea, quæ de ſupremis judiciis ſunt in Deuteronomii decimo ſeptimo capite; quomodo item judicia interea temporis ſe habuerint. Scire licet, intervallum iſtud ſexcentorum fere

re annorum fuiſſe. Nam inter exitum Hebræorum ex Ægypto & ædificationem templi a Salomone factam interceſſerunt CCCCLXXX. anni, ut diſerte ſcriptum eſt I. Reg. VI. 1. A quarto anno Salomonis, quo templum cœptum fuit ædificari, uſque ad initium regni Joſaphati colliguntur centum circiter anni. Nam Salomon regnavit XL. annis: XVII. Rehabeamus: III. Abia: XLI. Aſſa, qui Joſaphati fuit parens. Qui igitur credunt, Synedrium magnum, hoc eſt collegium LXX. judicum ſupremorum a Moyſe fuiſſe inſtitutum, ii putant quoque, iſtiuſmodi Synedrium perpetua cooptatione, non modo uſque ad tempora Joſaphati, ſed ad Herodis uſque ætatem duraſſe. Cogitemus autem, quomodo ſe res habuerint in Palæſtina intervallo ſexcentorum annorum, qui inter Moyſis ac Joſaphati ætatem interceſſerunt. Cum populus Hebræus in Palæſtinam penetraſſet, Joſua eodem pacto egit, quo Moyſes, hoc eſt, perinde ut Moyſes ad ſecretiora cum Deo colloquia admiſſus fuit; ac ut unus Moyſes ſingularem quandam ac præcipuam habuerat autoritatem, ita & Joſua. Omnem populum juſſerat Deus parere Joſuæ, uti paruerat Moyſi, Num. XXVII. 18. Et id facturum ſe, idem populus profeſſus fuit, uti legere eſt in Joſuæ c. primo, & aliis. Moyſes in Hebræis tanquam Rex fuit, uti in Deuteronom. c. XXXIII. legimus. Joſua igitur itidem tanquam Rex fuit. Judices item, qui poſt Joſuæ tempora fuerunt, Reges ſcimus appellatos eſſe. Vide libri Judicum c. XVII. 6. XVIII. 1. XIX. 1. Veri tamen nominis Reges non fuiſſe neque Moyſem neque Joſuam & Judices, ſatis conſtare poteſt. Nimirum ipſe Deus profitetur, dum Judices fuerunt, ſe ipſum Hebræorum egiſſe Regem. Vide I. Sam. VIII. hæc verba: *Non te abjecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos*. Cum igitur ſciamus, Joſuæ & Judicum iſtiuſmodi ſingularem & præcipuam fuiſſe autoritatem in Hebræis, haud proclive eſt credere ipſorum ætatibus Synedrium Magnum exſtitiſſe. Sane ſi id exſtitiſſet, de hujus rebus geſtis in ſacris aliquam mentionem fuiſſe factam eſt veroſimile. Jam vero reperimus, ſi bellum gerendum eſſet cum hoſtibus, Judicum id factum fuiſſe auſpiciis; aut totum populum coiiſſe in unum, quemadmodum tum fecerunt, cum contra unam Benjamitarum tribum bellum gerendum fuit cæteris. Suprema item judicia ab ipſis adminiſtrata fuiſſe, ex ſacris literis ſatis conſtat. De Debora in quarto libri Judicum hæc habentur: *Sedebat ſub palma, quæ nomine ipſius vocabatur, inter Rama & Bethel in monte Ephraim, aſcendebantque ad eam filii Iſrael in judicium*. Similiter de Samuele legimus in I. Sam. c. ſeptimo: *Ibat per ſingulos annos, circumiens Bethel, & Galgala, & Maſphath, & judicabat populum in ſupra dictis omnibus locis*. In ſingulis civitatibus ſine dubio judices fuerunt & præfecti, qui cauſas cognoſcerent, uti id præceptum fuerat in Deut. XVI. Si qua vero difficiliora eſſent, ea ex ſingulis civitatibus referenda alio fuerunt; vel ad Sacerdotes, qui in loco ſancto ſacra munia obibant, vel ad Judicem κατ' ἐξοχὴν ita dictum. Et habemus igitur exempla in paulo ante allegatis ſupremorum judiciorum, a Debora & Samuele, Judicibus, adminiſtratorum. Sanctus Samuel certis temporibus in quaſdam urbes ſe contulit, ne his, qui cauſas ad ipſum referre vellent, viarum intercapedo nimis gravis eſſet. Et ipſe unus ac ſolus judicavit; non cum quibuſdam collegis, qui una cum ipſo Synedrium LXX. Virum conſtituerent. Sic fecerunt & cæteri Judices. Qui ipſum anteceſſerat, Eli duplici nomine graviores cauſas cognoverat, & quod Sacerdos, & quidem ſummus eſſet, & quod Judex. Non autem apparet, ipſum cum judicium adminiſtravit, LXX. habuiſſe aſſeſſores ac collegas.

XXXIV. Cum Reges cœpiſſent creari, ſuprema judicia ad hos quoque pertinuerunt. In Deuteronomii capite XVII., cum de ſupremis judiciis poſita quædam eſſent, ſequitur mox de Regibus, & ad hos quoque fore aliquando ut ſuprema judicia pertineant, ſignificatur. Ipſa ſacri Codicis verba ita habent: *Cum ingreſſus fueris terram, quam Dominus Deus dabit tibi, & dixeris, conſtituam ſuper me Regem, ſicut habent omnes per circuitum nationes, eum conſtitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum &c. Poſtquam autem ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi deuteronomium legis hujus in volumine, accipiens exemplar a Sacerdotibus Leviticæ tribus, & habebit ſecum, legetque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, ut diſcat timere Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba & ceremonia ejus, quæ in lege præcepta ſunt*. In his Regi futuro divinæ legis lectio ſevere injungitur ac demandatur; ut ſcilicet, ubi judicandum de cauſis eſſet, ex præſcripto divinæ legis judicaret. Cum uſu tandem veniret, ut Hebræi ſibi Regem poſtularent, factum id fuit his verbis ad Samuelem: תנה לנו מלך לשפטנו, *Da ſive conſtitue nobis Regem, qui judicet*

ret nos, sicut universæ habent nationes. Vide I. Sam. VIII. Mox deinde Samuel ab ipso Deo facere jussus fuit, quod petierant Hebræi. *Audi*, inquit Deus, *vocem populi in omni, quod dixerunt ad te*. Sane & aliam ob causam, levem quidem illam, Regem sibi petierant; ne scilicet abjectius de ipsis, quam de aliis gentibus, sentiri posset. Quam quidem genuinam causam ipsis ingerit sanctus Samuel his verbis: *Videntes, quod Nahas, Rex filiorum Ammon venisset adversum vos, dixistis, Nequaquam, sed Rex imperabit nobis: cum* (tamen) *Dominus Deus vester regnaret in vobis*. Vide caput XII. libri Samuelis. Satis clare idem quoque apparet ex capite VII. ejusdem libri. In eo habentur verba Hebræi populi, quæ is pronunciavit, cum Samueli dicto audiens esse non sustineret, hæc puta: *Nequaquam: Rex enim erit super nos, & erimus nos quoque, sicut omnes gentes, & judicabit nos Rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra*. Inter alia, ut apparet, allegant judiciorum quoque administrationem. Et illorum quidem supremorum. Cæteroquin & in singulis civitatibus judices tum fuerunt. Obtinuerunt igitur, quod petierant. Et suprema judicia penes Reges post illa utique fuerunt. Quomodo tempore Davidis causæ ac lites ex cæteris urbibus in regiam fuerint relatæ, id optime intelligitur ex cap. xv. libri II. Samuelis. Proditum ibi est de Absolomi malis artibus; quod scilicet eos, qui ad Regem ire, ac jure experiri vellent, retraxerit, ac sibi conciliarit; sciscitando primum, ex quanam venissent civitate, & cum responsum accepisset, judicium regium calumniando. Salomonem, Davidis filium ac successorem, causas cognovisse, satis constat. Sic fecerunt, & cæteri. Sed ut alias unus Rex quibusvis gravissimis causis rite dijudicandis non solet par esse, & propterea collegium judicum instituere, qui simul juncti nomine Regis de talibus dispiciant: ita & in Hebræis usu venisse verosimile est. Non omnes Reges fuerunt Davides & Salomones; si sapientiam spectes. Si vero sat habuissent sapientiæ, non tamen singulorum, credo, ea patientia fuit, ut quaslibet causas cognoscendi sibi ipsis operam sumserint. Josaphatum quidem legimus magnificum judicum collegium instituisse Hierosolymis. Sic verosimile est fecisse & alios. Sed quomodo collegium istud se habuerit, nunc tandem considerabimus attentius.

XXXV. Memorat sacer scriptor, Josaphatum constituisse judices in singulis civitatibus: deinde Hierosolymis instituisse collegium judicum, quod causas cognosceret, quæ ex cæteris urbibus ad ipsum referrentur, difficiliores nimirum & non satis liquidi juris. Apparet illud constitisse tum Sacerdotibus ac Levitis, tum quoque talibus, qui ex aliis essent tribubus. Recolamus modo verba: *In Jerusalem constituit Levitas & Sacerdotes, & Principes familiarum ex Israel ut judicium & causam Domini judicarent* (ad judicium Domini & controversias, hoc est, ut juxta legem, causas ac controversias judicarent.) Deinde paucis interjectis hæc sequuntur: *Amarjas autem Sacerdos & Pontifex vester, in his quæ ad Deum pertinent, præsidebit: porro Zabadias filius Ismahel, qui est Dux in domo Juda, super ea opera erit, quæ ad Regis officium pertinent*. Ex his apparet, collegium istud duos habuisse moderatores, quorum singularis quædam ac præcipua fuerit auctoritas in diversorum generum causis dijudicandis. Amarias, summus Sacerdos moderator & præses judicii fuit, si dispiciendum esset de his, quæ ad Deum pertinent: Zabadias autem, Dux tribus Judæ, moderator ac præses fuit, cum de iis judicandum fuit, quæ ad Regis officium pertinuerunt. Quidam, quod viderent, binos moderatores ac præsides fuisse constitutos, putarunt, non unum, sed duo judicum collegia a Josaphato constituta fuisse. Sed falsi sunt, nostro quidem judicio, qui ita crediderunt. Verba sacri Scriptoris, quæ paulo ante transcripsimus, satis clare ostendunt, fuisse unum modo institutum. In versiculo VIII. cap. XIX. libri II. Paralip. conjunguntur Sacerdotes & Principes familiarum. Quibus ita junctis Rex præcepit his verbis, quæ ejusdem cap. versiculus x. sunt: *Omnem causam, quæ venerit ad vos fratrum vestrorum, qui habitant in urbibus suis, inter sanguinem & sanguinem, ubicumque quæstio est de lege, de mandato, de ceremoniis, de statutis, ostendite eis &c.* His satis apparet omnes controversias comprehendi, easque referri debuisse ad istos, quos Rex junctos alloquitur, quique adeo unum idemque collegium constituerunt.

XXXVI. Quod vero summus Sacerdos moderator constitutus fuit judicii de rebus Dei habendi; Dux tribus Juda autem moderator judicii de Regis rebus habendi, id neminem movere debet. Distinctionem inter causas Dei & causas Regis, licet & alibi observare. Nimirum I. Par. XXVI. hæc legimus: *De Hebronitis Hasabjas & fratres ejus Viri fortissimi mille septingenti præerant Israeli trans*

Jordanem contra occidentem, לכל מלאכת יהוה ולעבודת המלך *in cunctis operibus Domini & in ministerium Regis*. Paucis interjectis sequuntur istis similia: *Præposuit autem eos David Rex Rubenitis, & Gadditis, & dimidiæ tribui Manasse* לכל דבר האלהים ודבר המלך *ad omnem rem Dei & ad omnem rem Regis*. Ex his apparet, & res sive causas Dei, & res Regis curasse unos eosdemque. Quidni igitur utrique rerum generi præesse potuerit unum idemque collegium judicum? Porro quænam res Dei dicantur, quænam item Regis, diverse conjiciunt Viri docti. Nobis convenientissimum videtur, res Dei dicta esse omnia illa, de quibus ex divinis legibus judicari potuit: res sive negotia Regis autem, de quibus ex iisdem judicari non potuit, quæque arbitrio Principis fuerint permissa. Non sane licuit Principi quasvis novas leges, abrogatis veteribus, ferre. In Deuteronomio, ubi de Rege, qui futurus esset, præcipitur, hoc est, in c. XVII., inter alia Rex etiam jubetur divinas leges evolvere, & observare omnia, quæ ab ipso Deo sancita fuerant. Nimirum omnes istæ leges, quas ipse Deus tulerat, vim habuerunt juris naturalis in Hebræorum Republica. Et quemadmodum hodie Princeps peccat, si quid sanciat, quod juri naturali adversatur: ita & in Hebræorum Rep. nefas fuit constituere quidquam, quod divinis legibus adversaretur. Sed non omnia fuerunt liquidi juris: neque legibus divinis omnia fuerunt definita. De quibus igitur non liquere potuit ex divinis legibus, ea, ut dixi, Principis arbitrio videntur permissa fuisse, & deinde horum quoque quos Princeps sua vice jus dicere jussit. Ex quo etiam intelligitur, licuisse Regi Hebræorum novas leges ferre; dummodo veteribus, ab ipso Deo latis, non adversarentur illæ. Si enim licuit de singularibus constituere, licuit item legem sancire, secundum quas aliæ consimiles causæ deciderentur. In libro Esræ quoque, cap. VII. legem Dei & legem Regis distingui reperimus, ac secundum utramque res debuisse geri. Verba diplomatis quod ibi habetur, hæc sunt: *Omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legem Regis diligenter, judicium erit de eo sive in mortem, sive in exilium* &c. Videntur sane hæc disjunctive esse intelligenda; debuisse nimirum agi ex præscripto legum divinarum, aut, si his de quibusdam non esset definitum, ex legum regiarum præscripto.

XXXVII. Apparuit equidem, Regem Josaphatum instituisse Hierosolymis magnificum judicum consessum. Quem an credemus prorsus eundem fuisse cum Synedrio magno, de quo Rabbini prodiderunt? Et an credemus, tum demum, cum Josaphatus regnaret, institutum fuisse Synedrium magnum, quod postea perpetua cooptatione duraverit ad Herodis usque tempora? Sane Moysis ætate id institutum fuisse non reperimus. Neque Judicum ætatibus istiusmodi Synedrium fuit, ut itidem expositum a nobis est. Cum Reges cœpissent exsistere, non negabimus, solitos ipsos fuisse concilium judicum instituere in urbe regia, ad quod graviores causæ ex aliis urbibus referrentur. De Josaphato clare id proditum est in libris Paralipomenon. Tale vero collegium isti Synedrio magno, de quo Rabbini prodiderunt, non absimile fuit. Synedrium M. Rabbini scribunt, in primaria Palæstinæ urbe consedisse: & ad illud relatas fuisse inter alias gravissimas quasque causas quæ in singulis civitatibus non potuerint decidi. Sic & de concilio judicum, quod Josaphatus instituit, constat ex sacris, consedisse illud Hierosolymis, & ad illud gravissimas causas fuisse relatas. Tantum illud liquere non potest, in concilium quod Josaphatus instituit, congressos fuisse ipsos LXX. aut LXXI. Viros, quemadmodum in Synedrium Magnum. Neque enim hoc prodidit divinus scriptor. Viri docti, cum primum cogitassent, Synedrium aliquod LXX. judicum in Rep. Hebræ a jam tum ætate Moysis cœpisse institui, ut continuationem ejusdem Synedrii in sacris literis ostenderent, dixerunt ejus mentionem fieri etiam in II. Paralipomenon capite XIX.; & tacite id quoque voluerunt dictum, concilium istud, quod Josaphatus instituit, ipsos LXX. aut LXXI. comprehendisse. De Regibus, qui Josaphatum secuti fuerunt ad captivitatem Babylonicam usque, verosimile item est in urbe regia habuisse eos quendam judicum consessum, ad quem ex cæteris urbibus controversiæ fuerint relatæ. De numero autem τῶν LXX. vel LXXI., qui in concilia istiusmodi congressi fuerint, parum itidem liquere potest.

XXXVIII. Consideremus etiam, quomodo post Babylonicam captivitatem, cum Hebræi in Palæstinam reduces essent facti, judicia se habuerint in ea gente. Sane, cum templum ædificandum esset tempore Cyri; Zerubabel, ex regia stirpe oriundus, & Jesua summus Sacerdos, præcipua autoritate valuerunt, ac operas ædificantium fuerunt moderati.

ti. Post horum vero tempora summa autoritas fuit penes tales, qui itidem Duces essent populi, aut summi Sacerdotes. Cum Nehemias permissu Artaxerxis Longimani in Palæstinam migraret, fuerant jam plures הפחות *Duces*; non unus modo Zerubabel, ut Ill. Scaliger aliquando contenderat. Intelligi licet ex Nehemiæ cap. V. v. 15. Nehemias vero tum & ipse ab Artaxerxe constitutus fuit פחה *Dux*, *Præfectus*. Postremorum Persiæ Regum temporibus non videtur aliquis exstitisse in Hebræa gente, qui summo Sacerdoti vel autoritate vel potestate æquipolleret. Cum Alexander M. indignabundus Hierosolyma contenderet, Jaddua summus Sacerdos ei obviam processit pontificali habitu indutus, & Alexandrum appropinquantem illico percelluit ac placavit. Atque hujus, tum temporis præcipuam fuisse autoritatem inter suos, apparet ex eo, quod cum de Alexandri rebus gestis audisset, ipse curam gessit, qua ratione cum Alexandro agendum esset. Adscribam ipsa Josephi verba, quæ sunt in extremo libro XI. Antiquitatum: *Jaddus Pontifex postquam hoc audivit* (Tyrum & Gazam expugnata esse ad Alexandro) *solicitus hærebat*, *inops consilii*, *nec inveniens*, *quomodo Regem deberet excipere*, *iratum eo*, *quod antea neglexisset imperata ejus facere*. Longo post tempore, cum Ptolemæus Evergetes rerum potiretur in Ægypto, summum Sacerdotem eandem autoritatem habuisse apud suos, liquido apparet ex rebus gestis Oniæ, Simonis Justi filii. De hoc prodidit Josephus in libro XII. Antiq. c. IV. ipsum detrectasse Ptolemæo Evergetæ, Regi Ægypti tributum pendere, ut Hebræi Regibus Ægypti pendere jam antea soliti fuissent: & cum idipsum indignatus esset Rex Ægypti, ac Hebræis periculum inde immineret, reprehensum fuisse a nobili quodam juvene, cui nomen fuerit Josepho. Quædam ipsius Josephi de istis verba hæc sunt: Ἐλθὼν (ὁ Ἰώσηφος) εἰς τὴν πόλιν, ἐπέπληττε τῷ Ονίᾳ, μὴ προνουμένῳ τῆς ἀσφαλείας τῶν πολιτῶν, ἀλλ' εἰς κίνδυνον τὸ ἔθνος βουλομένῳ περιστεῖν διὰ τὴν τῶν χρημάτων ἀποστέρησιν, δι' ἃ καὶ τοῦ λαοῦ τὴν προστασίαν λαβεῖν αὐτὸν ἔλεγε καὶ τῆς ἀρχιερατικῆς τιμῆς ἐπιτυχεῖν, *Veniens in urbem invectus est in Oniam*, *qui non curaret securitatem publicam*, *sed*, *modo pecuniis parcat*, *conjiceret in periculum populum*, *a quo & Reip. administrationem*, *& pontificalem honorem acceperat*. Paucis interjectis hæc sequuntur: Τοῦ δὲ Ονίου μήτε ἄρχειν θέλειν ἀποκρινομένου, καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην δ' εἰ δυνατὸν, ἑτοίμως ἔχειν ἀποθέσθαι λέγοντος, *Onia vero dicente*, *neque principatum se morari*, *& pontificatum etiam*, *modo liceat*, *libenter se depositurum* &c. Ex his utique satis apparet, singularem & præcipuam summi Pontificis fuisse autoritatem ac potestatem, adeo ut ipsi seorsim commissa fuerit tributi pensio. Dicitur babuisse προστασίαν τοῦ λαοῦ Pontifex iste: & ipse dicit se non cupere ἄρχειν. Quomodo igitur credemus se habuisse judicia in Palæstina, inde ab inde ab instauratione templi usque ad ejus profanationem ab Antiocho Epiphane factam. Sane qui Hebræos remigrare permiserunt in Palæstinam, iidem sine dubio & hoc permiserunt, ut reducibus Hebræis in Palæstina jus redderetur. Cum Artaxerxes Longimanus divum Esram permitteret in Palæstinam ire, idem Rex & hoc mandavit, ut Esras Judices ac Præfectos constitueret in Hebræis, Vide modo caput VII. lib. Esræ. Fuisse tum quoque institutum quendam judicum consessum, qui Hierosolymis esset, eumque de gravissimis causis, quæ ex cæteris civitatibus ad ipsum fuerint relatæ, judicasse, non sane ἀποτόμως nos negabimus. De numero tamen eorum, qui Hierosolymis supremi Judices sederunt, non perinde liquere potest; an puta ipsos LXX. aut LXXI. Viros habuerit, quot in Synedrium M. congressos fuisse Rabbini prodiderunt. Certe in sacra historia ac in Josepho de tali numero nihil admodum reperimus.

XXXIX. Ut tandem, quod sentimus, aperte profiteamur, dicimus Synedrium magnum, de quo Rabbini prodiderunt, videri formam istam de qua iidem prodiderunt, sub Hasmonæis demum, & post profanationem templi ab Antiocho Epiphane factam, accepisse. Fallor an huc pertinet, quod in Codice Sanhedrin de Hasmonæi cujusdam δικαστηρίῳ legimus? Verba Gemaræ ejus Cod. cap. IX. ita habent: רב דימי אמר בית דינו של חשמונאי גזרו הבא על הזונה חייב על משום נשגא: *Rabbi Dimi retulit*, *Senatum Hasmonæi sancivisse*, *ut qui rem habet cum prostibulo*, *reus sit respectu menstruatæ*, *servæ*, *paganæ*, *nuptæ* (ut quadruplici reatu ad pœnam obligetur.) Videmus hic de Senatu sive δικαστηρίῳ Hasmonæi proditum. Senatus Hasmonęi omnino videtur ita dictus esse, quod ab Hasmonęo quodam esset institutus. Quem autem putabimus Hasmonęum illum esse, qui dicasterium quoddam instituerit? Notum est cum Hebręi ab Antiocho Epiphane crudelissime tractarentur, Matthiam quendam, ex ordine Sacerdotali, excitasse suam gen-

gentem ad defendendum patrios ritus. Iſte Matthias in Thalmude aliiſque Judeorum ſcriptis vocatur חשמונאי *Chaſmonai*. Vide ſis, quę Cl. Coccejus collegit in notis ad Cod. Sanh. Fl. Joſephus Matthiam iſtum prodidit fuiſſe υἱὸν Ιωάννȣ, τȣ͂ Συμεῶνος, τȣ͂ Ασαμωναίȣ, in lib. XII. Antiq. c. 9. Alibi etiam Ασαμωναίȣ υἱὸν vocat, nim. in lib. I. de bello Jud. c. 1. Idem vero Joſephus, qui ſcripſit, Matthiam fuiſſe filium aut nepotem Aſamonæi, hunc & ipſum Ασαμωναῖον vocat. Porro & ipſi Matthiæ poſteri חשמונים ἀσαμωναῖοι dicuntur. Et ſane ſignificatio vocis, quam vulgo tradunt Viri docti, & in Matthiam, & in hujus item poſteris apprime competit. Credunt nimirum, eam vocem ſignificare *principes*, *præfectos*, eſſeque cognatam voci חשמנים, quæ eſt in Pſal. LXVIII. v. 32. & ſine dubio *Præfectos*, *Duces*, *Principes* ſignificat. Atque ea ſententia nobis quoque non diſplicet. Quod item de etymo vocis tradit Cl. l' Empereur, id ſatis concinne videtur conjectum eſſe; vocem puta formatam eſſe a duabus radicibus Hebræis חשה *revereri*, & מנה *præficere*; quarum prior obſoleverit quidem; veſtigium tamen ſui, ut multa alia, in Arab. ling. habeat. Quis vero primus dictus fuerit חשמונאי *Chaſmonæus*, de eo cogitemus. Joſephi verba, quæ ſunt in lib. XII. Antiq. c. 8. videntur id ſignificare, Matthiæ avum Symeonem, iſtud habuiſſe cognomen. Cum Symeoni primum inditum eſſet cognomen iſtud, videtur idem poſtea ad ejus poſteros fuiſſe derivatum, quod & ipſi res bene gererent, atque igitur vis nominis in eos quoque competeret. Quem vero credemus hunc fuiſſe, qui בית דין δικαστήριον, *conſeſſum judicum* inſtituit? Avumne Matthiæ? an vero potius ipſum Matthiam, aut hujus filios? Omnes iſtos חשמונאי ἀσαμωναίȣς fuiſſe dictos, ex Joſepho & Rabbinis conſtare poteſt. Malimus tamen nos originem δικαστηρίȣ iſtius ad Matthiam aut ad hujus filios referre; ut hi inſtituerint, cum Antiocho fortiter reſtitiſſent, & palaţam gentem ſuam coegiſſent rurſus. Porro δικαστήριον illud, quod Matthias, aut hujus filii inſtituerunt, eſſe ipſum Syuedrium Magnum, valde veroſimile fit ex eo, quod utrumque בית דין appellatur. Synedrium M. paſſim ita appellari, ex his quoque, quæ nos ſupra exſcripſimus, ſatis apparet. Matthiæ autem δικαστήριον ita appellatum reperimus in verbis Cod. Sanhedrin, quæ paulo ante allegavimus.

XL. Si igitur credimus, Synedrium M. temporibus Haſmonæorum demum inſtitutum fuiſſe, credibile item eſt, Rabbinos de eo vera potuiſſe prodere. In illis, quæ ipſorum ævo non fuerunt proxima, qualia ſunt, quæ ad hiſtoriam ſacram V. T. pertinent, non temere ipſis credendum eſſe Viri docti ſæpe monuerunt. Ita igitur nos fecimus, cum negavimus, Synedrium M. ut ipſi volunt, a Moyſe fuiſſe inſtitutum. In his autem, quæ ævo ipſorum proxima fuerunt, magis creduli illis ſumus. Tunc cum Hyrcanus Rex eſſet, exſtitiſſe Synedrium quoddam Hieroſolymis, quod magnam autoritatem habuerit, vel certe habere debuerit, oſtendimus ſupra ex Joſephi libro XIV. Αρχαιολ. cap. XVII. Coram eo Synedrio comparere tum oportuit Herodem Antipatri filium, cum is juvenili adhuc ætate eſſet, & latronem Ezechiam, inconſulto Rege Hyrcano, & Synedrio occidiſſet. Quod item Synedrium iſtud ſatis diu ante Herodis tempora exſtiterit, & maximam habuerit autoritatem, id intelligi licuit ex eo, quod, cum Herodes non eam, quam par fuiſſet, reverentiam exhibuiſſet Synedrio, Sameas παῤῥησίᾳ uſus, hunc in modum diſſeruit: *Nec ipſe unquam vidi quenquam, qui ad cauſam apud nos dicendam vocatus ad hunc modum comparuerit, nec vos puto poſſe proferre hujuſmodi quempiam: ſed quiſquis hactenus apud hunc conſeſſum judicandum ſe præbuit, humilis venit*, &c. Vide ea in prædicto libro ac capite Joſephi. Quomodo ætate Alexandri Jannæi, Hyrcani patris, Synedrium ſe habuerit, id fere intelligi licet ex hiſtoria quadam Talmudica, quæ eſt in Gemara Cod. Sanhedrin, cap. 2. Adſcribam totam ex verſione Cl. Cocceji: *Servus Jannæi Regis homicidium commiſerat. Simeon filius Schatach hortabatur ſapientes* (διδασκάλȣς) *ut id animadverterent, & judicium de eo haberent. Hi mandant* (notum faciunt) *ipſi* (Regi:) Servus tuus, homicidium perpetravit. *Mittit illum. Mandant ei denuo*: Tu ipſe quoque ſiſtas te & teſtimonium accipias. Nam de heris lex ait: Veniet poſſeſſor bovis, & conſiſtet juxta bovem ſuum, Exod. XXI. 29. *Venit, aſſedit*: *Tum Simeon filius Schetach ad illum converſus*: Rex Jannai, *inquit*, ſurge in pedes tuos, tum teſtimonium in te dicetur. Neque putes, te coram nobis ſurgere, ſed coram eo, quo jubente mundus exiſtit. Q. D. Stabuntque duo illi Viri, quibus lis eſt, &c. Deut. XIX. 17. *Tum ille*, Non ex tuo juſſu, *inquit*, ſed pro eo quod cenſebunt collegæ tui. *Converſus dextrorſum & ſiniſtrorſum, vidit omnes in ſolum oculos defixiſſe, quibus Simeon*: Voſne cogitabundi? Futurum eſt, ut cogitabundus ali-

aliquis vos ulciscatur. *Confestim Gabriel illos humi afflixit, ut ita omnes animam afflarent.* Ex his apparet, tum, cum Hasmonæi se jam Reges appellassent, & regium sumsissent diadema, Synedrium aliquod exstitisse, hujusque tantam fuisse autoritatem, ut Rex Jannæus coram eo comparuerit ad causam dicendam. Hæc credo ita gesta fuerunt, cum Jannæus nondum inclementius cœpisset consulere in aliquot millia hominum. Post verò, cum ipsi in festo Scenopegias sacra munia obeunti exprobratum fuit, quod captivus olim detentus fuisset a fratre Aristobulo, & post hujus obitum demum e carcere dimissus regnum accepisset, quo ipso ad summum sacerdotium ineptus esset redditus, indignans id ipsum Jannæus, sex circiter millia hominum trucidari jussit, uti id ex Codice Kiddușchin & Fl. Josephi libro XIII. Antiq. c. 21. intelligi licet. Cum deinde & bello per aliquot annos appetitus esset a suis, trucidavit L. millia. Cum denique rebelles prorsus subegisset, sibi suisque pellicibus epulantibus DCCC homines, cruci suffixos jussit spectaculo esse, ut in cap. XXII. libri XIII. Antiquitatum legimus. Cum ita sæviret Alexander Jannæus, non tamen Synedrium prorsus sustulisse videtur, sed id manere amplius permisisse. Apparet ex eo, quod tempore filii ejus Hyrcani idem adhuc exstitit, & autoritatem habuit. Veruntamen, postquam sævus cœperat esse Alexander, autoritati Synedrii, quod ipso adhuc superstite fuit, multum decessisse verisimile est. Cum autem jam obiisset diem suum, potuit idem Synedrium pristinam ac genuinam autoritatem commode recuperare. Tum enim Alexandra, Jannæi uxor, popularem auram captare necesse habuit. Josephus in XIII. Antiq. c. 24. de eo hæc habet: *Alexandra juxta mariti monita Pharisæos allocuta est, & omnia illorum arbitrii faciens quæ ad cadaver* (defuncti Regis Jannęi) *vel ad regnum pertinerent, ex infensis benevolos eos sibi reddidit.* Paucis interjectis: Τὸ μὲν οὖν ὄνομα βασιλείας εἶχεν αὐτὴ, τὴν δὲ δύναμιν οἱ φαρισαῖοι, *Nomen regni erat penes reginam, penes Pharisæos autem potentia. Nam hi exulibus redditum, & vinctis solutionem procurabant.*

XLI. Cum tandem, amotis his, quibus regnum competebat, ad Herodem ἀλλόφυλον id devolutum esset, trucidavit Herodes omnes istos, qui in Synedrium M. congressi fuerant, exceptis Pollione & Samea. Vide quæ supra Num. XIII. ex Josepho produximus. Accepit Herodes regnum Judææ a Senatu Romano, paucis annis post excessum Julii Cæsaris, Olympiade CLXXXIV. procurante Antonio, uti Josephus prodidit in lib. XIV. Antiq. cap. 24. Circa ista igitur tempora assessores Synedrii M. trucidati fuerunt ab Herode. Ὁ γὰρ Ηρώδης, inquit Josephus, τὴν βασιλείαν παραλαβὼν πάντας ἀπέκτεινε τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ, καὶ Υρκανὸν αὐτὸν χωρὶς τοῦ Σαμέου. Vide lib. XIV. cap. 17. In alio loco, ut supra ostendimus, prodidit idem Josephus, vita donatum fuisse & alium quendam, cui nomen fuerit Pollioni, quique Sameæ fuisset præceptor. In Codice Talmud. *Bava bathra*, proditum item est, Herodem cum regnum occupasset, interfecisse omnes Magistros, excepto uno quodam, qui Baba filius Bota ibidem appellatur. Cum ita assessores Synedrii plerosque omnes e medio sustulisset Herodes, idem deinde alios legit, qui idem Synedrium constituerent. Septuaginta circiter annis post ea tempora, cum Salvator noster in his terris ipse doceret, exstitit adhuc Synedrium. Quod tum ex aliis, tum præcipue ex his Salvatoris nostri verbis scire licet: ἐγὼ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. ὃς δ' ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ῥακά, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ. Sunt ea in c. V. S. Matthæi. Distinguuntur in istis verbis ἡ κρίσις & τὸ συνέδριον. Utrumque istorum vocabulorum concilium judicum significare potest: & in istis Salvatoris nostri verbis omnino quoque significat. Apparet autem, posteriorem cœtum, quem συνέδριον appellat Salvator, majorem autoritatem habuisse, quam priorem. Et iste posterior cœtus nomine συνεδρίου κατ' ἐξοχὴν utique appellatus est. Quod igitur optime confirmat ea, quæ de Synedrio M. prodita sunt a Rabbinis. Quem cœtum judicum hi Synedrium minus vocant, is a Salvatore nostro κρίσις appellatur. Quem vero Synedrium majus iidem Rabbini vocant, hunc Salvator συνέδριον appellat κατ' ἐξοχὴν.

XLII. Amplius observandum est, quod de migrationibus Synedrii M. prodiderunt Rabbini. Propria sedes istius Synedrii fuit in לשכת הגזית *conclavi cæsi lapidis*, quod ad unum templi Hierosolymitani latus fuit, uti jam supra exposuimus. Istud conclave tandem necesse fuit relinqui, ac in alium locum, in quo consideretur, concedere, & quidem לחניות in *tabernas*. In Gemara Cod. Talmudici Abodah Zara de eo ita legitur: ארבעים שנה עד לא חרב הבית גלתה סנהדרין וישבה לה בחניות *Quadraginta annis ante excidium templi migravit Synedrium* (ex conclavi

clavi cæsi lapidis) *& consedit in tabernis*. Cl. Buxtorfius in Lex. Talmud. Rabb. p. 1513. ex talibus collegit, Synedrium XL. annis ante excidium sublatum fuisse : quod quidem nobis non liquet. Tabernæ istæ, in quibus consessum fuit, cum conclave cæsi lapidis reliquissent, fuerunt in eodem monte, in quo ipsum templum, circa sanctuarium. R. Nathan dicit, חניות *tabernas* fuisse מקום חוץ מלשכת הגזית בהר הבית *locum extra conclave cæsi lapidis in monte templi*. Factam prodiderunt migrationem Synedrii XL. annis ante excidium templi. Atque igitur in ea tempora incidit migratio, quibus Salvator noster in Palæstina ipse docuit. Annus excidii fuit septuagesimus primus epochæ Christianæ. Annus passionis Christi fuit trigesimus quartus ejusdem epochæ. Si igitur XL. annis ante excidium templi migratio Synedrii facta fuit, eadem facta quoque fuit ante passionem Christi, & paucis quidem annis ; cum nimirum ut dicebam, Christus in Palæstina docuit. Porro circa eadem tempora דיני נפשות *judicia capitalia* etiam adempta fuerunt Synedrio. Maymonides hal. Sanh. cap. XIV. ארבעים שנה קודם חרבן בית שני קטלו דיני נפשות מישראל אף על פי שהיה המקרש קיים מפני שגלו הסנהדרין ולא היו שם במקומן: *Quadraginta annis ante vastationem templi secundi ablata sunt judicia capitalia ab Israel ; quamvis sanctuarium adhuc duraret ; propterea quod Sanhedrin migravit, & non amplius fuit in loco suo*. Ex istis igitur apparet, judicia item capitalia jam ante Christi passionem Synedrio adempta fuisse. Hoc plane illud est, quod ipsi Judæi fassi sunt, cum Salvatorem ad supplicium rapere contenderent. Dixerunt quidem, ut est in Evang. S. Johannis c. XVIII. Ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα, *Nobis non licet interficere quemquam*. Quod autem proditum est, XL. annis ante excidium urbis judicia capitalia ademta fuisse Synedrio, id intelligendum est de mero imperio, ut J. C. loquantur, sive de potestate mandandi, ut illud fiat, quod æquum & justum esse judicatum fuit. Potestas cognoscendi de criminibus, iisque pœnam statuendi, quam jurisdictionem vocant, Synedrio postea quoque mansit. Quod ex verbis Jndæorum ad Pilatum satis intelligi licet. Ἡμεῖς, inquiunt, νόμον ἔχομεν, καὶ κατὰ τὸν νόμον ἡμῶν ὀφείλει ἀποθανεῖν.

XLIII. Ex tabernis, in quas ex conclavi cæsi lapidis concesserant, migrandum porro alio fuit. Maymonides in hal. Sanhedrin : וכנסת קלקלה השורה גלו ממקום למקום ולעשרה מקומות גלו וסופן לטבריא ומשם לא עמד בד׳ גדול עד עתה: *Congregatio* (Synedrium M.) *pervertit lineam, migrarunt de loco in locum, & in decem loca migrarunu, & ultimus eorum fuit Tiberias, & ab illo tempore non extitit Synedrium usque ad hæc tempora*. Decem istarum migrationum priores intra urbem constiterunt. Primo enim ex conclavi cæsi lapidis concessum fuit in tabernas. Ex tabernis deinde in montem sanctuarii, hoc est, paulo longius a templo: ita tamen, ut in ipso monte mansum fuerit. Ex monte sanctuarii porro in urbem concessum fuit, hoc est, in aliam urbis partem, alium ejus collem. Atque huc pertinere videntur, quæ supra Num. XVI. ex Josephi Antiq. lib. XX. cap. 8. produximus. Synedrium istud, quod Rex Agrippa coegit ; quod item Ananus, summus Pontifex, non potuit congredi in veterem Synedrii locum, conclave puta cæsi lapidis. Agrippa aliquot annis post passionem Christi Rex constitutus fuit. Migratio Synedrii autem ex conclavi cæsi lapidis, jam ante Christi passionem facta fuerat, ut paulo ante ostensum est. Sic neque Synedrium illud, de quo in Act. V. legimus, in conclavi cæsi lapidis congressum fuit. Nam & ipsum coactum fuit post passionem Christi. Cum tandem excidium urbi immineret, cumque id factum jam esset, ex urbe sancta necesse fuit migrare in alias. Primo igitur migratum fuit Uscham ; deinde Jasnen, alioque. Postremo Tiberiade consedit R. Jehuda, quem *sanctum* vocant. De migrationibus istis legere est in Cod. *Rosch hasschanah*. In Gemara Cod. Sanhedrin exstat vetus traditio R. Jehudæ, non sancti illius, sed alterius cujusdam, filium Davidis, hoc est, Messiam tum venturum, cum potestas Synedrii imminueretur, ac Synedrio in varia loca migrandum esset. Quam quidem traditionem hic etiam legi, non præter rem fuerit. Habet autem ita : רבי יהודה אומר דור שבן דוד בא בו בית הוועד יהיה לזנות גליל יחרב והגבלן ישתומם ואנשי גבול מעיר לעיר יסובבו ולא יחוננו וחכמת הסופרים תסרח וכו׳ *R. Jehuda dixit, isto tempore, quo filius Davidis venturus est, domus congregationis* (לשכת הגזית *conclave cæsi lapidis*) *erit lupanar, Galilæa desolabitur, Gabalene vastabitur, homines limitum* (territorii terræ sanctæ, qui in Synedrium M. congrediuntur) *migrabunt de urbe in urbem, neque obtinget illis miseratio. Sapientia scribarum putebit*. Quæ in hac traditione habentur, ea quoque ita fuisse facta, cum verus Messias,

ſias, filius David venit, ex Talmudicis ſcriptis ſcire licet. Proditum nimirum in illis eſt, Synedrium M. ex vetere ſuo conclavi migraſſe in aliud, XL. annis ante excidium templi, hoc eſt, cum verus Meſſias jam veniſſet, ac in Palæſtina ipſe doceret. Non multo poſt quoque ex ſancta urbe migratum fuiſſe in alias, ex aliis locis Talmudicis ſcire licet. Egregie, ut apparet, iſta R. Jehudæ traditio facit ad confundendos Judæos, & ad demonſtrandum ipſis, Meſſiam ante multa ſecula jam apparuiſſe.

XLIV. Cum Hieroſolymis non amplius conſidere licuit Synedrio magno, & Jaſnen ac in alias urbes migrandum fuit, an tum Synedrium totidem ſemper habuerit Viros, quot habuerat antea Hieroſolymis, non ſatis liquet. Aliquem autem, quem *Naſi* dicerent, tum quoque deſtinare ſoluti fuerunt, uti olim. R. Jehuda הקרוש *ſanctus*, qui in ſecundo ſeculo poſt Chriſtum natum vixit, ac נשיא quoque inter ſuos fuit, cum morti vicinus videretur, apud congregatos ad ſe Magiſtros hunc in modum diſſeruit: אל תספרוני בעיירות והשיבו ישיבה לאחר שלשים יום שמעון בני חכם גמליאל בני נשיא חנינא בר חמא ישב בראש: *Ne lugeatis me in urbibus, & convenite rurſus in Synagogam poſt triginta dies. Simeon filius meus ſit ſapiens:* (id dignitatis fuit nomen) *Gamaliel filius meus ſit Naſi* (princeps) *Chanina filius Chama præſideto*. Leguntur ea in Cod. Kethuboth cap. XIII. In ſeculo amplius tertio & quarto Judæi itidem ſuos נשיאים *principes* habuerunt in Palæſtina: qui & ראשי הישיבה in Rabbinorum ſcriptis appellantur. Græci vero & Latini ſcriptores, qui iiſdem ætatibus vixerunt, eos appellant πατριάρχους, *Patriarchas*. Sic & Judæos, qui in Ægypto egerunt, quod Hebrææ L. imperiti eſſent, Patriarchas eos appellaſſe veriſimile eſt. Vide quæ Vir ſummus Samuel Petitus in Obſervationum ſuarum libro tertio, cap. III. de Patriarchis illis prolixe ac erudite diſſeruit. Inter alia ibi habentur bellæ δεύτεραι φροντίδες, Judæorum Patriarcham fuiſſe unum modo, in Palæſtina degentem; non plures. In aliis provinciis fuerunt etiam utique, qui ſuis præeſſent: non tamen Patriarchæ, ſed alio nomine fuerunt appellati, & ad Patriarcham aliquam pecuniæ ſummam mittere ſoliti fuerunt. Id ſatis intelligi licet ex quadam Theodoſii junioris conſtitutione, quæ eſt in Codicis Theod. libro ultimo, & ita habet: *Judæorum primates, qui in utriuſque Palæſtinæ Synedriis nominantur, vel etiam in aliis provinciis degunt, quæcunque poſt exceſſum Patriarcharum penſionis nomine ſuſcepere, cogantur exſolvere. In futurum vero periculo eorundem anniverſarius canon de Synagogis omnibus Palatinis compellentibus exigatur, ad eam formam, quam Patriarchæ quondam coronarii auri nomine poſtulabant. Quæ tamen quanta ſit, ſolerti inquiſitione diſcutias, & quod de occidentalibus partibus Patriarchis conferri conſueverat, largitionibus noſtris inferatur*. Sed plura de his vide ſis in eo, quem demonſtravi, loco. Nobis nunc longioribus eſſe non libet.

SAMUELIS FRIDER. BUCHERI SYNHEDRIUM MAGNUM.

PRÆFATIO.

P*Aſſio Servatoris* nervus eſt Evangelii, מכתם, κειμήλιον, unicum ſalutis humanæ θεμέλιον. Unde *D. Paulus*, doctrinæ ſummam eſſe, ait: *Scire Jeſum Chriſtum &c.* 1. *Cor.* 2. 2. *Gal.* 6. 14. propter quem omnia pro damnis ducit, habetque pro rejectamentis, *Phil.* 3. 8. Apoſtolo videntur omnia σκύβαλον, (παραβολικῶς, *Chryſ. ap. Camer. ad h. l. pag.* 76.) Hunde-Knochen / quod juxta *Bezam pag.* 598. non male convenit cum eo, quod ſupra canes iſtos Pſeud-Apoſtolos vocarat. *Steph. Ind. Theſ. P.* 2. *p.* 45. apud *Phocyl.* σκυβάλισμα τραπέζης; *Sceleton*, inſtar oſſis canibus projecti, id eſt, Gentilibus, (vid. *Mt.* 15. 27.) quos Hebræi contemptim canes appellitant, daran / ut Germani ajunt, mögen die Heyden knaubeln / ſe vero Evangelii carne & medulla veſci volunt. *Propoſitionem totius Scripturæ*, ſi quis quærat, inveniet in illa V. & N. T. publica confeſſione: וצדיק באמונתו יחיה, *Hab.* 2. 4. Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται, interprete Apoſtolo, *Rom.* 1. 17. *Hebr.* 10. 38. Hic enim eſt πιστὸς ὁ λόγος, quem נתנו, *dederunt*, ut Hebræus ait, omnes Prophetæ, *Act.* 4. nimirum quod Chriſtus venit in mundum, ut peccatores ſalvos faceret, 1. *Tim.* 1. 15. Hebræorum Studioſi doctrinas ſelectiſſimas appellant λόγους πάσης ἀποδοχῆς ἀξίους, *ſermones omni Acceptione dignos*, auctore *Goodvvino*, *Moſ. & Aar. l.* 2. *c.* 2. §. 11. *pag.* 379. Pauli ſermo haud dubie talis eſt λόγος πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, verſ. 15. quem non ſemel, ſed iterum, iterumque quam diligentiſſime inculcat, *Phil.* 3. 1. atque κατ' ἀκρίβειαν, tanquam *ſummam Scripturæ*, *argumentum*, *compendium*, *propoſitionem*, μετὰ τῆς μεγάλης πληροφορίας, explicat. Hæc ſumma mortis Chriſti dignitas atque ἐξοχὴ, qua omnis nititur fides noſtra, ubi altius animo perpendiſſem, præterita me movebat æſtate, ut ex Antiquitatibus & formulis Veterum maximam partem Hebræis in Prælectionibus Critico-Paſſionalibus faculam accenderem, quas commentationes ſuccinctas, cum æquis Antiquitatum æſtimatoribus non diſplicuerint, in lucem, quamvis ſub alio habitu, mutatis mutandis, emittere, nullus erubeſco. Plurimos præiviſſe, non diſſimulo, præſertim, cum ritus non ab ingenio, ſed e monumentis Veterum, antiquiſque ſcriptis, ſint arceſſendi. Quidam inter ſcriptores *Homileticis*, quidam *Dogmaticis*, aut *Aſceticis*, accenſentur, qui Antiquitates non evoluunt, aut, ſi habent, ſparſim attingunt. Alii, quos inter *Reformati* non pauci, novandi pruritu, oſtentationiſque ſtudio prærepti, Antiquitates ſibi, neſcio quas, pro lubitu fingunt, & ſuis imaginariis ritibus Scripturæ, Myſteriis divinis, vim non uno in loco inferunt. Quamobrem ritus a viris alia literatiſſimis excogitati a veris, nec fidei Analogiæ adverſantibus, diligenter ſunt ſecernendi, atque ſic nulli, niſi uſu recepti, ab ultima inde memoria advocandi. Alii denique nimis prolixi, aut tam rari ſunt, ut, quæ integris voluminibus recenſentur, in unum congerere, & non ubivis obvia, ὡς ἐν συνόψει, collatis ſubinde Scripturæ verſionibus, ſiſtere, maximo fore uſui, exiſtimaverim. Addo, quod, in Paſſionem commentari cotidie, a Chriſtianis deceat. Mortem Chriſti cogitemus perpetuo. Hoc ſit ab infantia ſtudium, in hoc occupetur & ſudet juventus noſtra, hoc virili conſecremus ætati, hoc ſenum cura, vigiliæ, ſolatium, in hanc denique mortem confiſi Spiritum olim Deo reddamus. De methodo non opus eſt multa diſſerere. Placuit enim vulgaris, inſtituto huic ſatis conveniens, quæ *tres* conſtituit *Sectiones*, quarum *prima* complectitur *Antecedentia*, *Paſſionem* ſtricte ſic dictam *altera*, *tertia Conſequentia*. Nihil reſtat, quam ut Patrem Cœleſtem per vulnera Chriſti enixiſſime rogemus, velit Spiritus ſui nos gratia illuminare, atque adeo efficere, ut diſquiſitiones illæ vergant in Nominis divini gloriam & proximi ſalutem.

SE-

SECTIO I.

Continens Antiquitates Passionem proxime antecedentes.

PER *Antecedentia* non omnes intelligimus promiscue Antiquitates mortem Christi præcedentes. Sic enim totus V. T. cultus Levit. qua patet, & integer vitæ cursus præmittendus esset. Sed illas hic intellectas volumus, quæ *proxime* ac *immediate* anteiverunt, & in viam quasi nos ducunt ad Passionem. Cujusmodi sunt *convocatio Synedrii*, *unctio in Bethania*, *contractus Judæ cum hostibus CHRISTI initus*, *CHRISTI de traditione prædictio*, *ad agnum paschalem præparatio*, *Christi de proditione prædictio aperta*, *comessatio agni paschalis*, *institutio S. Cœnæ*, *de discipulorum scandalizatione prædictio*, *vehemens Christi in horto precatio*. De singulis sigillatim.

CAPUT I.

De Synedrio M. universim spectato.

I. CAptivitatis & *interfectionis causa* ex parte Judæorum erat *odium*, quod contraxerat sibi innocentissimus Servator, ut reliquas, quas Theologi passim exponunt, causas hic silentio prætereamus, præsertim *e miraculis*, sigillatim vero *ex resuscitatione Lazari*, miraculo omnium, cum viveret, maximo, *Joh.* 11. 46. 47. *&c.* de quo pauca erunt submonenda.

II. Princeps Synedrii Cajaphas Pontificibus ac Pharisæis dixit: *Vos nescitis quicquam, nec perpendi tis, quod expedit nobis, ut unus homo moriatur pro populo, ac non tota gens pereat*, de quo effato *Sagittar. Hist. Pass. P.* 1. *cap.* 1. §. 12. 13. *p.* 3. significanter admodum edisserit: *Non assentimur illis, qui hoc effatum profectum esse volunt ex prudentia, quæ* πειλιςατικὴ *vocatur, quæque ea dictitat consilia, non quæ in se honesta sunt, sed quæ in summa Reipublicæ salute summa flagitat necessitas. Verum Deus ita Pontificis populi principatum tenentis linguam direxit, ut licet malus sentiret male, bonum tamen, etsi non bene, diceret; cumque crudeliter appeteret innocentis mortem, idem mysterium redemtionis prædiceret*. Lazari vero resuscitationem mortis causam, saltim ex parte Judæorum, fuisse proximam, atque immediate præcedentem, in historia sacra planum est. Christus enim illo miraculo divinam ἐξουσίαν ad oculum demonstrare, ac hostes inexpiabili odio flagrantes ad perpetuum compellere silentium volebat. Lazari τȣ̃ φίλȣ ἀσθένεια Servatori, vi omniscientiæ suæ, erat quidem nota, sed iter aliquod in dies differebat, quo nemo, cum jam quatuor per dies in spelunca dormivisset, veram ex mortuis resurrectionem in dubium vocaret, aut ut antea, aliquid exciperet. Unde Christus perscienter dixit; ȣ̓κ ἔςι πρὸς θάνατον &c. Nimirum *terminative* erat πρὸς θάνατον, *non ultimato*, ubi fuit ὑπὲρ τῆς δόξης τȣ̃ Θεȣ̃, ἵνα δοξασθῇ &c. Non enim habent, quod ad hoc illustre exemplum regerant impii, *Joh.* 11. 46. *seqq.* Quapropter *Synedrium convocant*, *pessimaque* de morte Christi *consilia* ineunt, teste *Evangelista*, *ver.* 53. Απ' ἐκείνης ȣ̃ν τῆς ἡμέρας συνεβȣλεύσαντο, ἵνα ἀποκτείνωσιν αὐτόν. De cetero Servator, quando pronuntiat: Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται, non loquitur περὶ τῆς κοιμήσεως τȣ̃ ὕπνȣ, sed τȣ̃ θανάτȣ, f. περὶ τȣ̃ θανάτȣ, vers. 13. ita, ut phrasis sit *improprie* & μεταφορικῶς κατὰ παροιμίαν & εἰς εἰκόνα, sicuti *mors* diserte tam in Antiquitate sacra, quam profana ὕπνος dicitur. *XV.* 51. 1. *Thess.* 4. 14. *&c.* Gentiles ideo, ὕπνον *ipsissimam mortis sororem* esse, finxerunt. *Hesiod. Theog. diserte*; Νὺξ ἔτεκε ὕπνον &c. *tum consanguineus lethi sopor* .... Porro *perpetuum somnum* mortem appellabant, κοίμησιν τȣ̃ αἰῶνος, ut *Jer.* 51. 39. *Dougt. Anal. S. P.* 2. *p.* 59. Unde, cameram sepulchralem, in qua ossa sanctorum requiescunt, Veteres Hebræos משכב, Græcos κοιμητήριον, Gallos Cemetiere, dormitorium, ex more loquendi perantiquo, vocasse, constat. *Athen. lib.* 4. τῶν κρητικῶν scribit, apud Cretenses in singulis civitatibus esse quasdam ædes publicas, ad excipiendos peregrinos, quæ adpellarentur κοιμητήρια. Veteribus Christianis perinde atque Judæis cameræ sepulchrales, *cryptæ*, videbantur κατάλυμα, *diversorium*, quo lassitudine confecti mortui diverterent, qua de re dicam Parte III. de Sepultura Christi.

III. *Judicia Hebræorum* triplicis erant ordinis. *Triumvirale primum* constans ex tribus viris, qui leviculis rebus dijudicandis præficiebantur. *Alterum Synedrium minus*, tribus & viginti constans viris. *Tertium maximus consessus* Judicum LXXI. quem *Synedrium M.* vocant, in quo res maximi momenti agebantur. *Sagittar. l. c. p.* 3. Jam, Synedrium M. *virorum Septuaginta unius* universim examinare, est in animo.

IV. Synedrium M. fuit consessus, vel senatus publicus, a Deo per ministerium Mo-

Mosis haud dubie institutus & in dies usque Servatoris voluntate Dei asservatus, in quo viri Sapientes LXXI. ex Israel, nempe Præses cum assistentibus, in urbe præsertim sancta, res divinas pariter ac humanas, judicialiter, initio juxta leges divinitus præscriptas, deinceps quoque insimul juxta traditiones a Majoribus acceptas egit, in Numinis divini gloriam, Reipublicæ autem Judaicæ incrementum, ac Judæorum salutem.

V. Congregationes Hebræorum judiciariæ adpellantur Talmudicis סנהדרין, סנהדרים, סנהדראות, סנהדריות, per compendium scriptionis סנדרין, a Græcis vocabulis *σύνεδρα*, *συνεδρία*, *σύνεδρος*, *συνέδριον*, adnotantibus id *Elia Levita in Thisbi ad vocem* סנהדרין, *Drus. ad Diffic. Loc. Num.* 48. *Buxtorffio*, *Lex. Talm. col.* 1509. *&* 1513. *Seldeno de Syned. V. H. l.* 2. *c.* 4. *p.* 560. Vox autem Sanhedrin, interprete *Bynæo de M. C. l.* 1. *cap.* 2. *p.* 116. *sub Macedonum imperio recepta est, qui Senatores vocarunt Synedros, teste Livio*, *l.* 45. c. 32. Eodem sensu apud Græcos e marmore veteri Smyrna pridem in Angliam allato elicitur, ΤΟΥ ΣΕΜΝΟΤΑΤΟΥ ΣΥΝΕΔΡΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΣΜΥΡΝΑ ΓΕΡΟΝΤΩΝ *honoratissimi Synedrii Senum, qui Smyrnæ sunt*. Vi vocis significat *consessum*, *locum consessus*, den sitzenden Rath / den Orth / da der sitzende Rath zusammen kommt. Unde antiquis Germanis formula juridica non est infrequens: Für gehegter Banck / am Sitz-Tage. *Lund.* Jüd. Heil. *l.* 3. *c.* 12. *p.* 455. Eodem ex capite *Thucyd.* *σύνεδροι* sunt *καθήμενοι* & apud *Soph. in Ajace* *σύνεδρος κύκλος*, *corona considentium principum*. *Aristoteles* idcirco *συνέδριον* adpellat *βουλευτήριον καθημένων*, *locum, ubi conveniunt* *σύνεδροι*, *Senatores*, *sedentes* *πρὸς τὸ συνεδρεύειν*, *ad consultandum*, ut *Ovidio* olim dicebantur *consedere duces*, *Steph. Thes. t.* 1. *p.* 1087.

VI. *Publicum consessum* adpello 1.) *ratione loci*. Convenerunt Senatores in locis, aut ædibus, non privatis, verum publicis ad id extructis. 2.) *ratione personarum*, *s. Subjecti*. Constabat Synedrium e personis non privatis, sed publicis, publica constitutis auctoritate. 3.) *ratione objecti*, *s. rerum illic actarum*. Omnia quidem negotia, sed maxime publica, in Synedrio M. tractabantur. 4.) *ratione finis*, qui erat omnium usus communis & publicus. *Synonyma* sunt: בית דינים, *domus Judiciorum*, Syr. ܒܝܬ ܕܝܢܐ Arab. محضر, *domus judicii*; בית דין הגדול, *domus judicii magni*, das grosse Gerichts-Hauß / *Mischna Sota cap.* 1. *s.* 4. סנהדרין גדולה, *Sanhedrin M. c.* 1. *s.* 6. בית דין של עא׳ *domus judicii septuaginta unius*, *Γερουσία*, hoc est, *senatus*, ut dicitur in *Actis* s. ut Veteres loquuntur, *ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι* Ἀποστόλων, *Philoni*, *Josepho*, aliis. Quandoque עדה & קהל, *congregatio*, *vel cœtus κατ' ἐξοχὴν*, item Ἐκκλησία *prægnanter*, Πρεσβυτέριον, Ἀκροατήριον, *Act.* 25. 23. ubi *Syrus* expresse ܒܝܬ ܕܝܢܐ & *Arabs* القضا, *domus judicii*; *Consessus judicii*, *dicasterium*, *curia* scilicet *summa* & *ἐξοχῶς* sic dicta, *Collegium M. Senatus supremus*, *magnus Senatus*, das höchste Gericht / Rath / und Rath-Hauß. *Mt.* 5. 22. *Act.* 6. 15. *XXII.* 30. *XXIII.* 6. *Mt.* 10. 17. *&c. Goodvv. Mos. & Aar. l.* 5. *cap.* 4. *pag.* 781.

VII. *Origo Consessus illius forensis-ecclesiastici* mere est divina, ab ultima antiquitatis memoria, nimirum primi Israelitarum ducis, qui Moses erat, ætate ducenda. Benedictus Pererius apud Carpzou. prorsus dubitat, an unquam fuerit in Hebr. Republ. tale concilium, quem idcirco castigavit Menochius. *Conring. de Rep. Hebr.* §. 37. *seqq.* & *Frischm.* apud *Carpz. ad Schickard. de Jur. Reg. Hebr. c.* 1. *theor.* 2. *not.* 2. stante Tabernaculo & primo Templo, non fuisse, sed originem demum post reditum e Babylone sumsisse, statuit. Aliis, Senatores similem in modum jam in Ægypto sub tyrannide Pharaonis institutos, persuasum est, quoniam *Exod.* 5. 14. &c. *III.* 16. injiceretur mentio Seniorum lateritiis operibus præfectorum, unde *Jonathan*: סבי עמא וטרכיי במצרים, *Presbyteri populi & præfecti ejus in Ægypto*; Et *Sal. Jarchius*: אותא שאתה מכיר שנתמנו עליהם שוטרים במצרים בעבודת פרך והיו מחמים עליהם ומוכים על ידם שנ׳ ויכו שוטרי בני ישראל עתה נתמנו בגדולתן כדרך שנצטערו בצרתן *Eos, quos nosti tu præfectos illis fuisse in Ægypto, opere illo adeo sæviter illis injuncto, & eorum miserebantur, eorumque causa vapulabant, juxta id, quod dictum est*: Et vapulabant præfecti filiorum Israel. *Tunc scilicet constituti sunt in dignitate sua, utpote qui sic miseriis populi ita succurrerent*; Et ad cit. *Exod. loc.* idem statuit *R. Bechai in Biur fol.* 171. *col.* 2. Vid. *Selden. l. c. p.* 589. Horum castra secutus *Corn. Bertramus de Rep. Jud. c.* 5. *p.* 50. quando scribit, *Presbyteratum illum Num.* 11. *non tam institutum, quam continuatum fuisse, sicut & alia quamplurima apud Patres usitata Deum ad montem Sinai potius confirmasse, quam innovasse*. Opinionem probare posse ex animarum numero in Ægyptum descendentium septuagenario arbitrantur, uti, præter *Textum Hebræum*, legunt *Samaritanus*, *Chaldæus*, *Syrus*, *Arabs*, alii,

quan-

quanquam ſoli *LXX. Senes* e veteribus vertunt; πέντε καὶ ἑβδομήκοντα, & *Act.* 7. 14. expreſſe extat; Ἐν ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς, *in animabus ſeptuaginta quinque.* Vid. *D. Calov. Crit. S. de Verſ. Græca*, §. *16. p.* 511. Ab hoc itaque numero ſeptuagenario ſeptuaginta ducunt familias, quæ ſingulæ unum qualicunque modo ſuis præfectum genuiſſent. Atque inde, juxta familiarum numerum, enatam LXX. Seniorum congregationem, ſ. Collegium ſeptuaginta unius virale, conjiciunt. Sed enim ſic argumentari illos non oportebat. Alia jurisdictio erat Synedrii, jurisdictio rurſus alia, vel officium aliud præfectorum in Ægypto, quos שוטרים in Ægypto lictores baculorum, flagellorum Magiſtros, fuiſſe, ſcimus. Numerum illum tot in familias abiiſſe, totidemque familiis tot capita præfuiſſe, commentum & fabula. Unde vellet id defendere diſſentiens? Seniores ab ultimis inde mundi annis extitiſſe, nemo inficias ibit; Aſt iisdem præciſe juribus, eodem Aſſeſſorum numero, iiſdem, addo, ritibus, quibus Synedrium poſtea M. præcelluit, uſos illos fuiſſe, Antiquitatum divinarum periti rectiſſime negant. Quæ cum ita ſint, Synedrii primordia ab juſſu divino *Num.* 11. ad populum per Moſem facto, accerſenda putamus. Sic enim Deus, *congrega*, inquit, *mihi LXX. viros e Senioribus Iſrael, quos tu noſti, illi quod ſint Seniores hujus populi & Magiſtri ejus, & duces eos ad Tabernaculum teſtimonii, facieſque ibi ſtare tecum &c.* Ut voculæ לי, MIHI, magnum ineſt robur, quippe qua, perſonas publicis præficiendas muniis non hominibus, ſed ipſi Deo conſtitui, proptereaque in electione maxima circumſpectione opus eſſe, inſinuatur: Ita de *divina Synedrii origine* teſtatur *expreſſum Dei mandatum*, *executio per Moſen* ad ſummi Legiſlatoris voluntatem *facta*, *divina per aſcenſum approbatio*, *Spiritus S. ſuperventio*, *effectus* denique, donum nempe prophetiæ, quibus actibus publicis ſolemniter conſtituebatur, & diviniſſima pompa inaugurabatur. Perpetuo, an ſaltim illo die Seniores prophetarint, interpretes inter ſe non conveniunt. *Chaldeus*, ſ. *Targum Onkel.* habet ולא פסקין, *nec ceſſarunt*. *Vulgatus:* Nec ultra ceſſaverunt. *Luth.* Weiſſagten ſie/ und hörten nicht auf. In fontibus extat: ולא יספו, *nec adjecerunt*, ſcil. prophetando, hoc eſt, poſtea non prophetarunt, ſed deſierunt, quos κατὰ πόδα plerique interpretum ſequuntur. Ita *Græcus*; Καὶ οὐκ ἔτι προσέθεντο, *nec ultra adjecerunt*; *Talmudici* פסקו, *ceſſarunt*. Vid. *Gem. Babyl. Tit. Sanhedrin. c.* 1. *f.* 7. 1. Samaritanus: ࠅࠋࠀ ࠉࠎࠐࠅ, *& non addiderunt*. *Jun. & Tremell. Ut tum prophetarent, & non amplius*. Conſonant *Galli: Mais ils ne continuerent pas*, *Judæi Mauritanenſes* apud Seldenum ولاش لدوا, *& non adjecerunt*, uti & *MS.* penes ipſum *Pentateuchi verſio vetus:* ولم يريدوا, *non appoſuerunt*, prophetiam nempe aliam. *Sal. Jarch.* non prophetarunt, *niſi illo tantum die*, אלה אותו היום לבדו לא נתנבא, *Syrus*, *Verſio Arabica Saadiae Gaon*, *Perſa*, alii. Sic *Judæi Germanicenſes:* אביר (דער נאך) ניט מער, & *Sepher Siphri f.* 13. *col.* 4. ſatis bene: *Prophetabant pro tempore tantum*. Conſentiunt *Peſiktha Zotertha*, *fol.* 45. *col.* 4. *Kimch. apud Munſter. ad Numer.* 11. ac *Hebræi* tantum non omnes apud *Schindler. Lex. Pent. ad voc.* יסף, *p.* 773. Res ita ſe habet. Nam 1.) יסף, quando conſtruitur cum Infinitivo, aut Gerundio, ſive explicite ac expreſſe, ſive implicite & virtualiter tali, ſignificat *pergere*, *iterum*, *rurſus*, *magis magiſque*, *ultra*, non, ac ſi Verbum abiret in Adverbium, ſed quia Verbum, qua formam Grammaticam verbaliter, φύσει καὶ κτίσει, poſitum, adverbialiter, χρήσει, *quoad ſenſum*, ut *Buxtorffius* adnotat, commode explicari poteſt. Sæpe autem alterum Verbum, Infinitivus, aut Gerundium, κατ᾽ ἔλλειψιν, reticetur, quod, quando aliam in linguam transfertur, ſupplendum. Vid. 1. *Sam.* 15. 35. *Jud.* 13. 22. 2.) In ipſa *inauguratione*, *plantatione* & prima inſtitutione prophetia & Spiritu opus habebant, non itidem in jam inſtituti regiminis *continuatione*, & *adminiſtratione*. Sicut enim Deo in plantanda Eccleſia ſanctiſſimo placuit, extraordinaria & immediata revelatione uti, cum miraculorum dono conjuncta: Ita, in prima quoque Conſeſſus inauguratione immediate ac extraordinarie benignitatem divinam homines experiri, voluit, ut viros illos hoc ipſo publicam in auctoritatem conſtitueret, & eorum electionem ſibimetipſi (לי) factam ſolemni pompa confirmaret. Quemadmodum autem, cum jam haberent Moſem & Prophetas, ut Abrahamus ad divitem ait, hoc eſt τὰς γραφάς, canone completo, in plantata Eccleſia, immediata revelatio & miraculorum dona ceſſabant: Ita perinde deſinebat prophetia LXX. virorum, confirmato, conſtitutoque ſatis bene Synedrio. Quippe Spiritu prophetico tantum indigebant in ſolemniter facta inauguratione ac confirmatione, non autem in adminiſtratione. Res enim fo-

renſes abſque Spiritu prophetico ad legum divinitus præſcriptarum normam dijudicari optime poterant. Vid. *Buxtorff. Lex. Talm. loc. cit. Leuſden. Phil. Hebr. mixt. Diſſert.* 46. *Scickard. de Jur. Reg. Hebr. c.* 1. *theor.* 2. *Grot. de Jur. Pac. & Bel. l.* 1. *c.* 13. *num.* 20. §. 3. *Selden. de Synedr. l.* 2. *c.* 4. *p.* 564. *alii*. Diſtinguendum vero eſt *inter rem ipſam*, ſ. *Objectum in ſe ſpectatum*, ac inter rei *varias pro varietate temporum adjectas circumſtantias* & mutationes. Rem, hoc eſt, Objectum, Synedrium ſimpliciter & ratione ſui conſideratum, *Num.* 11. originem cepiſſe, ſimulque ad perfectionem plenariam perveniſſe, conſtanter affirmandum, omnes vero minutiſſimas quoque circumſtantias eodem in prima ſtatim diſpoſitione modo affuiſſe, negandum, & pernegandum putamus. Tempore Moſis, ὑποδῶς, *eſſentialiter*, quando ſpectatur, tam abſolutum & perfectum erat, quam Synedrium illud, quod, florente Repub. Judaica, vigebat, non itidem *relative* & *accidentaliter*, quoad has, illasve peculiares circumſtantias *extraeſſentiales* & *accidentales*, quales ſucceſſu temporis, præſertim in Canaan, accreverunt, & inſigniter quandoque mutarunt. Hoc propter illos monendum erat, qui cum *Lundio*, *Num.* 11. non niſi fundamenta eſſe jacta, in Canaan autem plenarie ad perfectionem perveniſſe, ſtatuunt. Nobiſcum ſentiunt Rabbini ad unum ferme omnes. Vid. *Selden. de Syn. l.* 2. *cap.* 4. §. 2. *p.* 562. *Cunæus de R. H. c.* 12. *p.* 93. *Sigon. de R. H. l.* 6. *c.* 7. *p.* 310. *Menocb. de R. H. l.* 1. *cap.* 6. *q.* 5. *f.* 39. *Carpzov. ad Schickard. de I. R. H. c.* 1. *theor.* 2. *not.* 3. *p.* 9.

VIII. De Tempore, videlicet primæ inſtitutionis die ac anno, nihil habeo, quod addam. Vid. *Selden. l. c. p.* 630. Locus primæ inſtitutionis erat in deſerto *Pharan Tabera*, *Num.* 11. 3. Græce ἐκπυρισμὸς, *incenſio*, eo quod בערה, *incenſus*, *illic eſt contra eos ignis Domini*. Poſtea dicebatur *Kibroth Hattaava* verſ. 4. Græce μνήματα τῆς ἐπιθυμίας, Luſt-Gräber, cum ſepelierint ibi את העם המתאוים, *populum illum concupiſcentia ciborum Ægyptiorum flagrantem*, *Num.* 33. 16. Equidem Hebræi, miru dictum, per concupiſcentiam carnis non deſiderium eſus, ſed illicitum inceſtus coitum, ſ. propinquarum carnis ſuæ appetitionem intelligunt. Unde *Gloſſa Talmudica: Eo, quod interdictæ ſunt illis propinquæ*; Ac in *Paraphr. Uziel.* ושמע משה ית עמא על קריבת דמתאסרן להון; *Audivit Moſes populum flentem ob propinquas ſibi interdictas*. Sed enim, ut a litera temere non eſt recedendum, ita circumſtantiæ hic textus priori ſententiæ patrocinantur, eamque in omnes partes defendunt. *Locus confeſſionis ante conſtructum Templum* erat ille, ubi Tabernaculum figebatur, לפני פתח אהל מועד, *ante oſtium Tabernaculi*, pro Tabernaculi migratione, modo hic, modo illic, Siloh, Miſpah, Gilgal, Nob, Gibeon, in domo Obed-Edon, poſtremum Hieroſolymis. Ubi in urbe ſancta, *ſtante Templo Salomonis*, confeſſum σύνεδροι habuerint, admodum incertum eſt. Magiſtri, cameram LXX. Judicum, לשכת הגזית dictam, in Templo jam primo extructam, extitiſſe, ad *Deut.* 17. 10. contendunt. Vid. *Hal. Sanhedr. cap.* 14. & *Seldenus*, qui ſuam ſubnectit ἐπιχείρησιν: *Et forſan ſic cognominatus eſt tam ſub primo, quam ſecundo Templo Synedrii locus*; multaſque, præter illam, ſpecialiores circumſtantias immiſcet, quæ Rabbinicæ, id eſt, ſubleſtæ ſunt fidei, aut certe, ſi fides illis habenda, recentioris ætatis. *Poſt excidium primi Templi*, Judæis captivis in Babyloniam abductis, omnibuſque ab rege Chaldæorum principibus, per quos Magiſtri Primates, Aſſeſſoreſque Synedrii intelligunt, occiſis, *Jer.* 39. 6. Hebræos in Babylonia Synedrium erexiſſe, populumque, more forenſi, ad leges divinas, gubernaſſe, Talmudici opinantur, quanquam Senatus ille ab Synedrii Hieroſolym. flore & excellentia quam longiſſime abfuerit. Vid. *Gem. Sanhedr. c.* 1. *ſ.* 1. *Dieter. Antiq. Bibl. ad Gen.* 49. 10. & *Lund.* Jüd. Heil. *l.* 3. *c.* 17. *p.* 477. *Poſt reditum* Arthaſaſta, Perſarum rex, Eſrae atque ceteris, ut Synedrium illud de novo extruerent, reſtaurarent & in priſtinam dignitatem reſtituerent, conceſſit. In *Templo ſecundo Zorobabelis & Herodis* locus confeſſionis erat ille, quem vocant לשכת הגזית, *conclave ſaxeum*. *Miſchna, Tit. Sanh. c.* 10. *Babyl. f.* 86. 2. שלשה בתי דינין היו שם אחד יושב על פתח הר הבית ואחד יושב על פתח העזרה ואחד יושב בלשכת הגזית: *Synedria tria ibi fuerunt; Unum collocatum ad introitum montis Templi, unum ad introitum Atrii & unum in* Liſchcath Hagazith. *Maim. Hal. Sanhed. cap.* 14. Conſidebat Synedrium M. בלשכת הגזית שהיתה בעזרת ישראל; *In conclavi cæſi lapidis, quod erat in Atrio Iſraelis. Gem. Babyl. fol.* 88. בית דין של ואחד יושבין בלשכת הגזית; *Synedrium Septuagintaunius-virale conſidebat in conclavi ſaxeo*. Vid. *L' Emper. ad Maſſ. Midd. c.* 5. *ſ.* 3. *p.* 185. Σύνεδροι Talmudicis & Hieronymo idcirco adpellantur חכמי הגזית *Sapientes Gazith*, & totum Collegium *Conſiſtorium Gazith*, *Conſiſtorium de Gazith*.

zith. Vid. *Jac. Jud. Leo de Templo Hieros. l. 2. n.* 128. *Joseph. de B. I. l. 6. cap.* 14. *Ezech.* 40. *&* 42. Nomen illud optime interpretantur *Conclave saxis quadratario opere politis*, seu dolatis, insigne. Sic 1. *Reg.* 5. 17. mentio fit אבני גזית, *lapidum dolatorum*, *Amos* 5. 11. בתי גזית, *domorum quadro lapide constructarum*, 1. *Reg.* 7. 11. מדות גזית, *mensuræ in dolandis saxis adhibitæ*. Nam Orientales ad extruenda pavimenta quadris subinde lapidibus utebantur, in superioribus ædium partibus, quod non ad ornatum modo facerent, sed in calidioribus illis etiam regionibus refrigerium aliquod pedibus præstarent. Judæis ab Romano domitis, Gabinius Syriæ præses, ad eorum robur coercendum, Hierosolymitano quatuor adhuc alia adjungit Synedria, nimirum Gadaræ, Amathunti, Jericho, Saphoræ, atque omnem Judæam in quinque provincias partitur, unicuique earum Synedrio ac principe concessis. Vid. *Joseph. Antiq. Jud. l.* 14. *c.* 10. *l.* 1. *de B. I. c.* 6. *Cunæus de Rep. Hebr. l.* 1. *c.* 13. qui his quatuor Synedriis eadem jura, prærogativas easdem, eandem dignitatem, reliqua, quæ Synedrio M. propria fuerunt Hierosolymis, adscribit. Ast sentimus cum *Grotio*, *Lundio*, aliis, illa sub hujus potestate fuisse, existimantibus, atque Hierosolymitano palmam relinquentibus. Ad hanc Sinedriorum multitudinem respici a Christo, *Mt.* 10. 17. præter *Grotium* contendunt *Scult. l.* 2. *Ex. Evang. c.* 58. *& Sigon. de Rep. Hebr. l.* 6. *c.* 7. nisi forsan tutius existimare velis, inferiora illic Synedris viginti trium virorum, & infima simul trium Judicum subintelligi.

IX. *Hierosolymis* consedit in otio, atque inhæsit perpetuo Lischkat Hagazith, *cameræ*, s. *conclavi saxeo*, ad primum usque Ministerii Christi Eccles. annum, quo magnus ille Doctor & מחקק, novus legislator, postquam Deus πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως locutus fuerat Patribus per Prophetas, extremis tandem diebus, voluntatem cœlestis sui Patris revelare, ingressus est. Tum enim jam errare Synedrium & migrare cœpit. Migrationem hanc dum cogito, non possum, quin unum, alterumve lectu maxime dignum & jucundum inseram. Memorabilia sunt prodigia, quæ recensentur a Talmudistis quadraginta annis occurrentia ante excidium Templi, qui calculus accurate in dies Ministerii & Mortis salutiferæ Christi incidit. *Hieros. Joma fol.* 43. 3. Traditio. *Quadraginta annis ante vastatum Templum Lucerna occidentalis*, (*media scilicet in candelabro sacro*,) *extincta est*. *Et lingula coccinea* (*cornibus hirci emissarii*, *vel foribus Templi affixa*) *in rubedine sua permansit*. *Et sors Domini* (*pro hirco offerendo die Expiationis*) *prodiit a sinistra*. *Atque ostia Templi*, *obserata vesperi*, *inventa sunt aperta mane*. *Dixit ergo Rabban Jochanan Ben Zaccai* : *O Templum*, *quare nos perturbas? fatum tuum novimus*, *te nempe esse excidendum*. *Nam dicitur* : Aperi, o Lebanon, portas tuas, ut exedat flamma cedros tuas. Idem *Sanhedrin fol.* 24. 2. Quadraginta annis ante vastatum Templum migravit Synedrium & consedit in tabernis, *Lightfoot. Hor. Hebr. ad Matth.* 26. 3. *p.* 369. *&* 371. Vid. *Gem. Babyl. Tit. Sanhedr. cap.* 5. *fol.* 41. *a. & ad Tit. Sabb. cap.* 1. *fol.* 51. 1. ארבעים שנה קודם חורבן הבית גלתה סנהדרין וישבה לה בחניות; Quadraginta annis, antequam Templum excisum est, migravit Synedrium & sedes sibi posuit in tabernis. Consonant *Moses Cotzensis*, *Kimchius*, alii. E Christianis audiamus *D. Pfeiffer. in Antiq. Hebr. p.* 103. Quadraginta vero annis ante excidium Templi, circa ea tempora, quibus Salvator in Palæstina docuit, migravit Synedrium ex hoc ædificio, (scilicet לשכת הגזית,) וישב לה בחניות, & consedit in tabernis, quæ erant in monte Templi, paulo longius tamen a Templo. Vid. *Coccejus ad Sanh.* 9. *pag.* 297. *Sigon. de Rep. Hebr. l.* 6. *Bynæus in Antiq. Passion. p.* 107. *Seld. de Syn. V. H. l.* 2. *c.* 15. *p.* 958.

X. Per מחקק, *legislatorem*, ipsi *Talmudici* intelligunt *Synedrium M.* dum locum, *Gen.* 49. 10. ומחקק מבין רגליו עד כי-יבא שלה *Luth.* Noch ein Meister von seinen Füssen / biß daß der Held komme / interpretantur de traditione illa vetustissima, secundum quam, diebus Messiæ, Synedrium e loco consessus ordinario sit emigraturum, & per varia terræ loca erraturum. Saltem hoc memorabile profecto & ad illustrandum locum Gen. 49. 10. oppido proficuum adhuc observatur, in medio conclavis Gazith sceptrum pependisse, quod t. t. sublatum est. Vid. *Cunæus de Rep. Hebr. c.* 9. *p.* 76. *L'Empereur not. ult. ad Middoth. c.* 3. *s.* 1. *Dieter. Antiq. Bibl. ad Gen.* 49. 10. *Galatin. de Arcan. Cathol. Verit. l.* 4. *c.* 5. *Alting. Schilo l.* 1. *c.* 17. *& l.* 4. *c.* 3. *&* 26. *Lund.* Jüd. Heiligth. *l.* 3. *c.* 17. *p.* 478. Si verum illud, quod referunt Magistri de Lucerna in candelabro sacro media extincta, quam typum Messiæ futuri esse, volebant, procul dubio extinctione illa significatum est, *magnum Lumen*, *Es.* 9. *Luc.* 1. *Lumen de Lumine*, filium Dei unigenitum jam apparuisse, & in car-

carne illuxisse, quod, ne alienam in messem transcendam, Theologis explicandum relinquo. Id præsertim, reliqua ut taceamus, cedro dignissimum, migrationem Synedrii fatalem circa ea tempora, quibus Servator in Palæstina docuit, cœpisse, & sceptrum de Juda tum ablatum fuisse, quod confirmat vaticinium *Gen.* 49. historia sacra, Ecclesiæ testimonium, eventus ipse, immo consensus hostium Christi, Judæorum, ut antea laudatis ex scriptoribus innotescebat. Jam in migrationis illius inquirere causas, non levis momenti res est Judæos vi & injuria Romanorum depulsos, ab aliquibus frustra asseritur. Hebræi apud *Maim Hal. Sanh. c.* 14. §. 12. scribunt: *Ob homicidarum frequentiam, ob temporisque iniquitatem, migrabat a loco ad locum.* Sedenimvero Christiani Scripturas, posthabitis traditionibus, secuti, in causas, ob quas Reipublicæ tam ingens contigerit mutatio, intimius penetrant. Factum est itaque hoc, ut adimplerentur Scripturæ, omniaque, qua circumstantias quoque, quæ alias poterant pro levidensibus haberi, vaticiniis responderent exacte, ut intelligerent omnes atque singuli, typos, politiam, universum Levitarum cultum cum toto regno cedere oportuisse, cum venerit jam ὁ ἐρχόμενος, *Rex Sion, Sacerdos* ἀναμάρτητος, Sanctum Sanctorum semel intraturus, ut æternam redemptionem adinveniret, unicus καθηγητὴς & Rabbi, Doctor, Propheta, qui, ὁ Ἀμὴν καὶ ἡ ἀλήθεια, in mundum venerit, ut de veritate testaretur. De cetero migrationis loca in *Gem. Babyl. ad Tit. Rosh. hashanach.* c. 4. *fol.* 31. 1. sic recensentur: *E Lischkath Hagazith in Tabernas, e Tabernis in Hierusalem*, (ubi per quadraginta annos, usque ad urbis excidium, varia loca Hierosolymis peragravit,) *e Hierusalem in Jabnen, a Jabne ad Osham, ab Osba in Sepharaiim, a Sepharaiim in Bethsairin, inde in Zepphorin, & e Zepphori in Tiberiaden, quæ fuit postrema & novissima migratio, amplius non extitit.* Dixerit fortasse Judæus, aliquot si seculis post mortem Christi superfuit Synedrium, non desiit esse circa dies, quibus Servator Ministerium Ecclesiasticum est ingressus. Sed in promtu est responsio. Utique cessavit voluntate Dei, licet Judæi frustra, illud innovare & restituere, intenderint. Hæc Synedria innovata vix umbram consessus alicujus forensis habuerunt, nedum, ad excellentiam Hierosolymitani accessisse, dicamus. Rudera potius & μνήματα nominaveris, sepulchra, reliquias per tempus saltim cum cultus Levitici vestigiis durantes. Tandem abierunt in nihilum. Intentio humana ab dispositione divina probe discernenda est. Homo, Judæus, proposuit tempus erectionis regni Judaici anxie sperans, sed Deus disposuit, disposuit autem ita, ut Judæi in omnes mundi partes dilapsi, spe sua frustrati, cum intentio humana voluntati divinæ contrariaretur, effectum prorsus nullum viderint. Erigetur ad Calendas Græcas. Vid. *Lightfoot. Hor. Hebr. ad Matth.* 26. 3. *Coccejus ad Gem. Sanhedrin. c.* 1. *§.* 13. *not. ultim. & not.* 28. *ad Maccoth. c.* 1. *§.* 10. *Wagenseil. not.* 1. *ad Mischna Sota, c.* 9. *§.* 11. & plures alii.

XI. *Subjectum* s. personæ, e quibus olim constitit, fuerunt Viri civiles, *s. politici*, & ecclesiastici, cum primis SACERDOTES & LEVITÆ, *Deut.* 21. 6. *XVII.* 9. *Maim.* apud *Lightfoot. Hor. Hebr. ad Matth.* 26. 3. *& ad Luc.* 20. 1. *Selden. de Success. in Bona Defunct. c.* 24. *p.* 83. & *Casaubon.* Sacerdotes & Levitas ordinarie, extraordinarie alios illud in Collegium receptos, existimat. *Abarbanel apud Alting. Schilo l.* 2. 18. rationes non contemnendas adducit, ob quas ex Ordine præsertim Sacerdotali Assessores fuissent constituti. 1.) *otium*, inquit, *& occasio Sacerdotibus in lege & juribus Hebræorum proficiendi non defuit.* 2.) *Scrutinium legis Sacerdotibus & Levitis unicum ab infantia fuit studium.* 3.) *Ex benedictione divina prorsus singulari tribus Levi extraordinariis plerumque memoriæ, ingenii, judicii viribus & admirandis dotibus excelluit.* 4.) *Ministri Dei, Sacerdotes Altissimi, alios scientia, timore in Deum, animi integritate, auctoritate apud populum, virtutibus, quæ maximo judicibus ornamento sunt, superarunt.* Vid. *Cunæum de Rep. Hebr. l.* 2. *c.* 9. *& Lund.* Jüd. Heiligth. *l. c. p.* 460. Conf. *Matt.* 27. 1. 12. 20. 41. *Luc.* 22. 66. *XXIV.* 20. In primis ἀρχιερεῖς, *principes Sacerdotum*, qui ordinibus Sacerdotum & Levitarum præerant, præcipua Synedrii membra & Assessores fuerunt. Vid. *L' Empereur ad Bertram. de Rep. Jud. p.* 328. *not. p.* 323. *seqq.* Prophetas in Synedrium collocat *Schickardus de Jur. Reg. Hebr. c.* 1. *theor.* 2. utpote *Mosen, Josuam, Samuelem, Achiam*, Eliam, *Elisam, Amosum, Hoseam, Esajam, Micham, Joelem, Nahum.* At de singulis, licet, quosdam eorum interfuisse sacro illi consessui, largiamur, illud non constat. *Bynæus in Antiq. Passional. Edit. Germ. c.* 2. *p.* 87. initio e *senioribus tantum populi, ceu personis civilibus & politicis*, promiscue ex omnibus Israelis tribubus electis, ductu loci *Exod.* 18. 21. constitisse,

tiſſe, poſtmodum, urgente id neceſſitatis lege, *Levitas*, & *Sacerdotes* admiſſos eſſe, juxta 2. *Chron.* 19. 8. 9. 10. ſtatuit, quam opinionem illi ſequuntur, qui adverſus *Jura Eccleſiaſtica & Conſiſtoria noſtra*, Antiquitatum non ſatis periti, conſtanter eunt, dum perſonas eccleſiaſticas vel ideo e Conſiſtoriis depellendas, & omni juris adminiſtratione privandas eſſe, contra omnem veritatem aſſerunt, quod Deus initio tantum in Republica Juriſdictionem & politicam & eccleſiaſticam Politicis, hominibuſque jura profitentibus crediderit; Quod Sacerdotes vel ex arrogantia ſeipſos de facto, nemine vocante, regimini immiſcuiſſent, aut obtrudiſſent, vel quod ſola hominum auctoritate, ob aliarum perſonarum defectum, fuiſſent conſtituti. Adverſus hos igitur, inde a prima ejus inſtitutione Sacerdotes præcipua Synedrii membra fuiſſe, ex hiſtoria antiqua evincendum eſt. 1.) Jethronis conſilio parum lucrabitur diſſentiens. Unde enim, *Exod.* 18. 21. tribum Leviticam excludi, probare poſſit. Tribus Levi procul dubio perinde habuit ac reliquæ אנשי--חיל יראי אלהים אנשי אמת שנאי בצע *Viros fortes, timentes Deum, viros veraces, oſores avaritiæ;* Et quia fontes legunt מכל--העם, *ex omni populo*, tribum quoque Leviticam ſubintelligi, manifeſtum eſt. Male igitur ſumunt diſſentientes *ſenſu excluſivo*, dum illud מכל--העם, *ex omni populo*, *ſenſu generaliori*, *ſive laxiori*, qui ſignificatus e particula univerſali præmiſſa --מכל, ex *omni*, neceſſario fluit, univerſum in ſe populum complectitur, qui conſtabat ex Laicis & Clericis. 2.) *Exod.* 18. 21. origo Synedrii minime erat quærenda, quippe cujus incunabula recenſentur *Numer. XI.* 3.) Quod ad ea, quæ Joſaphatus ordinavit, attinet, Synedrium ille tantum, quod per temporis injuriam comminutum erat, revocavit, in integrum reſtituit, & in priſtinum ſtatum tranſpoſuit. Nam τὸ וגם, *& quoque*, *conſtituit*, 2. *Chron.* 19. 8. *ſeqq.* non innuit, ante Joſaphati tempora Clericos ab Synedrio procul abfuiſſe, aut Joſaphatum, ceu rem novam, planeque inauditam, perſonas eccleſiaſticas primum intuliſſe; Verum illud וגם reſpectum habet ad Synedria Minora, quod συνάφεια Textus perſpicue docet. Initio judices ordinat per omnes regni civitates verſ. 4. & 5. deinceps, וגם, Hieroſolymas reverſus, Synedrium M. innovat, quod conſtituunt Sacerdotes, Levitæ, & ראשי האבות, principes patrum, ſeu familiarum. Hinc apud *Eſram*, *cap.* 8. 29. & alias frequenter in Scripturis, quando de Synedrio ſermo eſt, *Clerici*, hoc eſt, *Sacerdotes*, *Scribæ & Levitæ* tanquam perſonæ primariæ præponuntur, reliquis poſtpoſitis. 4.) *Bynæus* meras in medium adfert conjecturas, quando ſcribit:

Zu dem groſſen Rath wurden ehemals aus allen Stämmen Glieder erkohren; durch die Trennung aber/ die unter Rehabeam entſtanden/ waren die 10 Stämme von Juda abgewichen/ und hatten ein beſonder Reich auffgerichtet/ welches das Reich Iſrael genennet wird. Durch dieſe Abſonderung war auch der groſſe Rath zerfallen. Der konte nun unter Joſaphat aus keinen andern erwehlet werden/ als die unter ſeinem Reich waren. Nun waren neben dem Stamm Levi unter ſeinem Reich nur der Stamm Juda und Benjamin. Darum ſo hat Joſaphat/ da der groſſe Rath zuvor aus den Elteſten Iſrael erwählet war/ genommen Leviten/ Prieſter und die Häupter der Väterlichen Hauß-Familien. Welches hinführo ſo geblieben iſt. Nam diſſonant Talmudici. Reclamat univerſa Antiquitas. Status Reipublicæ Judaicæ Clericis locum in Synedrio, immo ſedem primariam, inde ab ultima gentis origine, relinquit, ut ex rationibus Abarbanelis antea allatis apparebat.

XII. *Membra Synedrii* numero erant *LXX. & unum*, Princeps nempe Naſi dictus, & Aſſeſſores LXX. reliqui. Unde *Septuaginta-unius-virale Conſiſtorium* vulgo nominatur. *Miſna Babyl. Tit. Sanh. c.* 1. *fol.* 2. 1. סנהדרין גדולה היתה של שבעים ואחד וגו' ומניין לגרולה שהיא של שבעים ואחד שנאמר אספה לי שבעים איש מזקני ישראל ומשה על גביהן: *Synedrium M. conſtabat ex LXX. uno &c. Atqui undenam numerus ille LXX. unius? ex eo, quod dicitur:* Congrega mihi LXX. viros e Senioribus Iſrael, *& Moſes ſuper eos, ſeu cum eis, conjunctus Præſes.* Conſentit *Miſna Hieroſ. Tit. Sanhedrin. cap.* 1. §. 6. *Maim. Tit. Sanhedr. cap.* 1. §. 3. *Moſes Cotzenſis Præc. Affirm.* 87. *fol.* 186. *col.* 2. *& R. Menahen Recanatenſis in Midbar c.* 11. קבלו רז״ל כי כל סנהדרי גדלוה הישבת בבית יי' במקום אשר יבחר לשכנו כן יהוה סניינם שבעים והנשיא על גבן כמשה רבינו עה' והנה הם עא״ : *Accepere per traditionem Rabbini noſtri piæ memoriæ, quod omne Synedrium M. conſidens in domo Domini in loco, quem ipſe ad habitandum elegerit, conſtare debuerit ex LXX. quibus præficiendus princeps, quemadmodum Moſes Magiſter noſter, ſuper quem ſit pax. Atque ita fiebant Septuaginta unus.* Conſonant *Talmudiſtæ & Hebræi* ferme omnes, *Philo* apud *Seldenum de Synedr. V. H. p.* 610. *Theodoretus*, *Ambroſius*, *Hilarius*, *Nazianzenus*, *Beda*, *Beza*, *Bertramus de Polit. Jud. c.* 5. *Sigonius de Rep. Hebr. l.* 6. *c.* 7. *Cunæus de Rep. Hebr. l.* 1. *c.* 12. *Menochius de Rep. Hebr. l.* 1. *c.* 5.

q. 5.

q. 5. *Schickardus de Jur. Reg. Hebr. c.* 1. *theorem.* 2. *&c.* alii.

X. Summæ hujus Curiæ Præſes proprio nomine appellatur Naſi, נשיא, *Princeps, ad dignitatem ſummam evectus, aut elevatus*, qua notione radix Hebræa נשא ſumitur; *Supremus Dux* κατ' ἐξοχὴν, ראש הישבה, *Caput, ſeu Primarius conſeſſus*, aut ראש, *caput ſimpliciter*, *&* *cum emphaſi* מופלא, *excelſus, maximus, ſejunctiſſimus ab reliquis* ratione & dignitatis & excellentiæ, qualem ſignificatum radix פלא admittit. *Lundio* dicitur der Fürtrefflichſte. Quis autem, & ex quo ille ordine electus, eruditos inter acris hactenus rixa fuit. Quidam, Sacerdotem Summum, ſi jura habuerit bene cognita atque perſpecta, per votorum pluralitatem, illam provinciam obtinere potuiſſe, ſtatuunt. Ita ſentit *Maimonides apud Cunæum de R. H. l.* 1. *c.* 12. *Schickard. de I. R. H. cap.* 1. *theorem.* 2. *Alting. Schilo lib.* 1. *cap.* 18. §. 8. *&* *de Repub. Hebr. Scholaſt. p.* 100. *Spannhem. in Dubb. Evang.* 139. *num.* 3. *Part.* 3. cui aſſentit haud dubie *Lightfoot. Hor. Hebr. ad Matth.* 26. 3. *p.* 371. 373. *&* *Act.* 5. 34. quando tempore Chriſti & Apoſtolorum Gamalielem Pauli Præceptorem Synedrii fuiſſe præſidem, ſcribit, ita tamen, ut Sacerdos M. dignitate reliquos omnes anteiverit, quia ille fuerit מקבל, *cuſtos, pater & traductor traditionum*. Unde *Grotius ad Matth.* 5. 22. ait: *Ferme eminebat Pontifex M.* Alii, Præſidem, ſive Naſi, ſemper e tribu Judæ, ac in ſpecie poſt mortem Davidis e familia Davidica, fuiſſe, opinantur, cujus ſententiæ meminit *Dieter. Antiq. Bibl. ad Gen.* 49. 10. *e Chronologia Judaica; ac e Menaſſe Ben Iſrael & Abarbanele Conringius, Exercit. de Repub. Hebr.* §. 36. & *Lundius in* Jüd. Heiligth. *l.* 3. *c.* 13. *pag.* 461. Accedit opinioni *Druſius, Præterit. lib.* 5. ad *Act.* 4. 1. cui contradicit ſolide & erudite *Vorſtius, Diſſ. Acad. de Sceptro non auferendo* §. 31. Præſidis dignitatem Pontifici maximo perpetuam concedunt Romano-Catholici, *Thomas, Baronius, Bellarminus*, reliqui, ut argumentum exinde ad tuendam Papæ poteſtatem ſummam & ſtabiliendam juriſdictionem Pontificis R. licet fruſtra, ſumant. Eandem ſententiam, utut non eodem fine amplectuntur plurimi noſtratium, & fortiter defendunt contra illos, qui in perſonas eccleſiaſticas, earumque jura divinitus ipſis conceſſa ſæviunt. Mea ſententia circa controverſiam hanc impeditam hæc eſt: 1.) Moſes primus Naſi, ſive Præſes fuit, cui totius populi præfecto Deus omnia credidit. 2.) poſt mortem Moſis Joſua cum ſuccedentibus judicibus princeps quidem populi, qui jura bellandi & populum ducendi habebat, non autem princeps Synedrii, ſive Præſes, penes quem jus controverſias forenſes dijudicandi & ſententias ferendi, fuit. 3.) Viri prophetico Spiritu, atque donis extraordinariis, non vulgaribus, ornati, recipi per votorum pluralitatem poterant ante Davidis tempora, licet non eſſent ex ordine ſacerdotali, ſed id ſaltim factum eſt extraordinarie, non quotidie. Aut viri ejuſmodi Spiritu prophetico excellentes, *in Ordinem Sacerdotalem* ipſa Dei voluntate conſtituti, deinceps ſine exceptione in Synedrio ſedem occupare poterant. Ordinarie dignitas illa Sacerdoti Summo ſemper fuit quaſi propria & poſt tempora Davidis ne extraordinarie quidem alii contigit, præter Pontificem. Hujus ſententiæ rationes hæ ſunt: 1.) Nihil Hebræi agebant inde ab ultima populi ætate ſine Sacerdotis S. conſilio ac diſpoſitione. Vid. *Num.* 1. 17. *IV.* 2. *&* 34. *XXVI.* 63. *&* *verſ.* 18. *XXXI.* 12. 13. 26. 54. *XXXII.* 2. *&* 28. *Joſ.* 17. 4. 2.) Poſt mortem Moſis Sacerdos M. princeps Synedrii procul dubio fuit. Cum Joſuæ juramentum, quod legati meretrici Rachab juraverant, annunciaretur, deferebat Joſua rem ad Summum Sacerdotem & Synedrium. Vid. *Joſeph. lib.* 5. *antiq. c.* 1. Cum Joſua Gibeonitas in fidem ſuſciperet, re ad Synedrium delata, jurabat Pontifex & Synedrium. Immo, comperta Gibeonitarum, qui ſubdole egerant, fraudulentia, convocabat Eleazarum καὶ ὅλον συνέδριον. Vid. *Num.* 34. 17. *Joſ.* 14. 1. *XIX.* 51. *XXI.* 1. *XVII.* 4. *ſqq. Joſeph. Antiq. lib.* 5. *c.* 1. 3.) In terra Canaan controverſias Hebræi graviſſimas ad Pontificem & Sacerdotes deferunt. *Joſephus lib.* 4. *Antiq. cap.* 8. quando mandatum divinum de Synedrii ordinatione *Deuter.* 18. explicat, diſerte ait, *lites principales ad Sacerdotem ſummum, Prophetas*, (per quos haud dubie intelligit Sacerdotes,) *&* *Seniores populi* deferendas eſſe, ut, congregatis, litem componerent. Idem ſtatuit *Philo de Creat. Princip. pag.* 652. 4.) Creſcentibus poſtea hominum vitiis, & republica paululum ad occaſum vergente, judices divinitus conſtituebantur, ut, deficientibus ordinariis Synedris, res forenſes tractarent, aut, ſi eodem illo tempore Synedrium aliquod extiterit, bella contra Iſraelitarum hoſtes ſtrenue gererent. Unde Eli 1. *Sam.* 4. 18. Iſrael judicavit XL. annos, XX. annos, ſuperſtite Samſone judice extraordinario, aut ad gerenda bella Domini conſtituto, regium-

giumque munus ad interim gerente, & iterum XX. annos poſt mortem Samſonis. Vid. *Lund.* Jüd. Heiligth. *l.* 3. *c.* 13. *p.* 463. 5.) Ætate Davidis talem fuiſſe reipublicæ ſtatum, Hebræorum Sapientes plurimi exiſtimant, quando *Pſ.* 122. 3. 4. 5. cum *Oſiandro*, *Junio*, *Muſculo*, aliis *per ſedilia ad judicium* Synedrii M. conſeſſum *&* *per thronos Davidis* regimen regium, conſeſſum regium, die Königliche Regierung, intelligunt, quemadmodum in Anglia etiamnunc talis reipublicæ ſtatus adinvenitur. 6.) In reſtauratione Synedrii, 2. *Chron.* 19. 8. *ſeqq.* erat Pontifex M. Amaria caput Synedrii, & Sabadia vel pater Synedrii, ut nonnulli ſuſpicantur, vel princeps, cui jura regia concredita fuerunt. 7.) Poſt reditum ex captivitate ſumma auctoritas, juriſdictio, & dignitas maxima penes Pontificem M. fuit, *Eſr.* 3. 2. *V.* 2. Cum Ptolomæo Philadelpho, regi Ægyptorum, Codicem Hebræum Græce verti, in animo eſſet, literas dabat ad S. Sacerdotem, legatis ad illum cum pretioſis muneribus miſſis. Eleazarus, convocato populo, literiſque regiis prælectis, humaniſſimas literas remiſit. Vid. *Joſeph. lib.* 12. *Antiq. c.* 2. Plura ejuſmodi exempla enarrat *Joſeph. lib.* 11. *Antiq. c.* 4. *&* *c.* 8. *lib.* 12. *c.* 4. *&* 5. 1. *Maccab.* 12. 20. *ſeqq.* quæ ſingula de excellentia & principatu Pontif. teſtantur. 8.) N. T. tempore Pontifex Caput erat Synedrii, quod ex Evangeliſtis manifeſto conſtat. Convocat Synedrium, colligit vota, primum dat votum. Examen inſtituit, fax eſt & tuba omnium eorum, quæ contra Chriſtum & Apoſtolos decernuntur. Surgit ſedens & ait: Nihil reſpondes? quid iſti adverſum te teſtimonium dicunt, *Matth.* 26. 62. *ſeqq.* Vid. *Matth.* 26. 3. *&* 57. *Joh.* 18. 19. *Act.* 5. 21. 27. *ſeqq.* *Act.* 7. 1. *Act.* 23. 2. 5. *Act.* 9. 1. 2. His omnibus probe perſpectis, Pontificem M. caput fuiſſe Synedrii, ita planum eſt, opinor, ut vix dubium aliquod ſubnaſci amplius poſſit.

XIV. *Primus* & *primarius Aſſeſſor* dicitur *Talmudicis* אב בית דין, *pater domus judicii*, hoc eſt, Synedrii, qualem etiamnunc Germani dicunt Gerichts-Vater. Erat ex mente Magiſtrorum ſenex, ſive Presbyter, non ætate, ſed dignitate & rerum multarum notitia, excellentiſſimus poſt Præſidem, ſedebat a dextra Naſi, & jus in primis regium illi concreditum erat. *Tertius* ordine, vel *ſecundus Aſſeſſor*, de quo apud pleroſque altum eſt ſilentium, חכם, *ſapiens*, ἐμφατικῶς adpellatur & κατ᾽ ἐξοχὴν, qui ſedebat ad ſiniſtram. Meminit hujus *Coccejus in Not.* *ad Sanhedr. c.* 4. *p.* 37. 39. *Saubert. Exercit. ad Luc. XVI.* 22. §. 25. *Lundius l. c. p.* 461. Reliqui Aſſeſſores ordine ſuo conſidebant in dimidiata area circulari *Maimonides l. c.* ומושבין הגדול שבשבעים משנה לראש ויושב מימינו והוא הנקרא אב בית דין וגו׳ והם יושבין בכמו חצי גורן בעיגול כדי שיהיה הנשיא עם אב בית דין רואין כולם: *Conſtituebant etiam virum in LXX. reliquis eminentiorem, Capiti ſecundum, cujus ſedes erat a dextera illius. Is vocabatur pater Synedrii. Sedebant autem veluti in* dimidiata area circulari, *ita, ut Princeps & Pater Synedrii ſingulos poſſent contueri. Gemara Hieroſ. ad Tit. Sanhedr. c.* 1. *fol.* 19. *col.* 3. סנהדרין היתה כחצי גורן עגולה והנשיא היה יושב באמצא כדי שיהיו ראין אותו ושמעין קולו: *Synedrium erat inſtar ſemicirculi & Princeps ſedebat in medio, ut ita poſſent eum aſpicere & vocem ejus audire*. Idem habet *Gemara Babylon. fol.* 36. 2. *& Miſna l. c.* quæ addit: סופרי הדיינין עומדין לפניהם אחד מימין ואחד משמאל וכותבין דברי המזכין ודברי המחייבין: *Et duo judicum ſcribæ adſtabant coram eis, a dextris alter, alter a ſiniſtris, qui ſcribebant verba abſolventium & verba condemnantium*. Abſoluti ſtabant a dextra, a ſiniſtra condemnati, ab quo ritu Chriſtum verba deprompſiſſe, aliqui credunt, quæ habentur, *Matth.* 25. 33. 34. Et ſtatuet oves a dextris ſuis, hœdos autem a ſiniſtris. Tunc dixit rex his, qui a dextris ſibi erunt &c. verſ. 41. Tunc dicit & his, qui a ſiniſtris &c. Vid. *Schickardus Jur. Reg. Hebr. cap.* 1. *theor.* 2. *R. Juda Leo de Templo lib.* 2. *cap.* 18. §. 128. *Goodvvinus Moſ. & Aar. lib.* 5. *cap.* 3. *Saubert. Exercit. ad Luc.* 16. 22. §. 25. 26. *& Lundius in* Jüd. Heiligth. *lib.* 3. *c.* 14. *p.* 466. Sed utrum ante Meſſiæ adventum & diebus illis, quibus Chriſtus in terris obambulavit, præciſe ordo ille obſervatus fuerit, dubium eſt. Illa, quæ Talmudici referunt, recentioris omnino ætatis eſſe videntur.

XV. Ordo nos ducit ad Electionem, ſolemnemque Inaugurationem. Talmudici Synedros per ſortem, aut ſchedulas, electos dicunt. *Gem. Babyl. tit. Sanh. cap.* 1. *f.* 17. 1. בשעה שאמר לו הקדוש ברוך הוא למשה אספה לי שבעים איש מזקני ישראל אמר משה כיצד אעשה אברור ששה ששה מכל שבט ושבט נמצאו שנים יתירים אברור חמשה חמשה מכל שבט ושבט נמצא עשרה חסרים אברור ששה משבט זה וחמשה משבט זה הריני מטיל קנאה בין השבטים מה עשה בירר ששה ששה והביא שבעים ושנים פיתקין על שבעים כתב זקן ושנים חלק כללן ונתנן בקלמו אמר להם בואו וטלו יתקיכם כל מי שעלה בידו חלק

אמר המקום לא חפץ בך אני מה אעשה לך *Tempore, quo dixit Deus O. M. Mosi*, congrega mihi 70. viros e ſenioribus Iſrael, *ſecum cogitavit Moſes, quomodo hoc faciam? Si ex qualibet tribu ſelegero 6. numerum imperatum ſuperabit is numerus binis* (erunt enim 72.) *At ſi ſelegero ex qualibet tribu 5. deerunt numero imperato* 10. (ita enim fient 60.) *& demum ſi tribu altera Quinos, atque ex altera Senos ſelegero, inter tribus conflabo invidiam. Quid igitur fecit? Selegit ex tribubus ſingulis ſex, & adhibitis 70. duabus ſchedulis, in ſeptuagenarum qualibet inſcripſit vocem* זקן, *Senior, reliquis binis inſcriptione ejuſmodi carentibus. Haſce commixtas in pyxidem, ſ. urnam, indidit, & tunc dixit illis: Venite & tollite ſchedulam ſibi quiſque ſuam. Qui manu ſua extraxit ſchedulam inſcriptam nomine Preſbyteri, ei dixit Moſes, jam pridem ſanctificavit te Deus; Qui extraxit ita manu ſua ſchedulam puram, ei dixic: Deus te non vult. Quid faciam tibi &c.* In cujus ſortis methodo recenſenda copioſus admodum eſt *Selden. de Syn. V. H. l. 2. c. 4. p.* 593. *ſeq.* Sed enim Moſen hac uſum methodo, imus inficias. Nullum ſubeſt dubium; quin Moſes verbo Domini *Num.* 11. ad ſe facto, qua fieri poſſet, obediens optimos quoſve functione dignos, Divino Numine peculiariter actum illum dirigente, ſelegerit, conſtitueritque, nulla interveniente ſortis lege. In eo plerique inter ſe conveniunt *Hebræi*, quod *poſt mortem Moſis* electionem nudam *Majores* adhibuerint, excellentibus & vita & doctrina quibuſve ſelectis. *Gem. Hieroſ. ad Tit. Sanh. c.* 1. *f.* 9. *col.* 3. diſerte: משם היו שולחין בכל עיירות שבארץ ישראל וכל שהיו מוצאין אותו חכם עניו שפוי עין טובה נפש שפלה רוח נטובה לב טוב יצר טוב תלה טוב היו מושיבין אותו בבית דין שבהר הבירת ואחר כך בבית דין שבחיל ואחר כך בבית דין הגדול שבלשכת הגזית: *Inde mittebant in quamlibet urbem terræ ſanctæ & quem comperiebant eſſe ſapientem, manſuetum, natura ſedata, bonis oculis*, (ſ. liberalem,) *animo ſubmiſſo, Spiritu humili, corde bono, bono affectu, fortuna bona, eum collocabant in Synedrium ad montem Templi poſitum, & poſtea in Synedrium, quod ad Antemurale ſedes habuit, & poſtea in Synedrium M. quod in* Liſchcath Hagazith. Conſonat *Gem. Babyl. ad Tit. Sanh. cap.* 10. *f.* 88. *b.* משם כותבין ושולחין בכל המקמות כל מי שהו חכם ושפל ברך ודעת הבריעות נוחה הימינו יהאריין בעירו משם מעלין אותו להר הבית משם לעזרה משם ללשכת הגזית *Inde ſcribebant, mittebantque per omnia loca: Qui ſapiens eſt, genu humili & hominibus gratioſus, fiat judex in urbe ſua. Inde evehebant eum ad montem Templi, inde ad Atrium, atque inde demum ad* Liſchcath Hagazith. Adjicit *Gloſſa*: משם מעלין אותו להיורת דיין בהר הבירת כשמרת אחר שהם ויושב שם ער שמרת אחר משל עזרה ומעלין את זה שם וכולן יש בהם מעלה זה מזה: *Inde evehebant eum in dignitatem judicis in monte Templi, quoties ex illo Synedrio quis obierat. Ibi ſedes habebat, uſque dum moriebatur quis ex Synedrio ad Atrium poſito, quo tunc etiam evectus eſt. Et univerſim ita ab altero ad alterum ſolebant evehi.* Vid. *Maim. Hal. Sanh. cap.* 2. *Moſ. Kotzenſ. Præc. Affirm.* 97. *Selden. Schickard. Wagenſ.* reliqui. Candidatos præterea, Hebræorum Magiſtris id affirmantibus, vitio tam mentis quam corporis carere oportebat, æque ac Perſarum Seniores, qui *Xenophonti* ἀνεπίληπτοι dicuntur apud *Briſſon. de Regn. Perſ. l.* 2. qua voce uſus eſt *Paulus*, 1. *Tim.* 3. 2. Ἐπίσκοπον εἶναι ἀνεπίληπτον, id quod Syrus reddit: ܘܠܐ ܕܝܢ ܕܢܗܘܐ ܩܫܝܫܐ ܐܝܟܢܐ ܕܡܘܡܐ ܠܐ ܡܫܬܟܚ ܒܗ: *Sed enimvero ut ſit Presbyter talis, ut* macula *non reperiatur in eo*, quem ſecutus eſt *Arabs & Perſa*, quod tamen Interpretes non *ſimpliciter, abſolute ac in rigore* acceptum volunt, quo ſenſu nemini illum ad perfectitudinis gradum accedere contingit; Verum *relative, comparate, ſecundum quid*, reſpectu aliorum, qui non ſunt ſano corpore, aut in diem vivunt, tanquam homines non optimæ notæ, jura, tam divina, quam humana, ſuſque deque habentes, quibus ſententias ferendi vis & facultas non ineſt.

XVI. *Electio* pro varietate, ſ. mutatione temporum, variat. Initio publicas ad functiones vocati per legitimam electionem doctiſſimi & pientiſſimi. Sed, creſcentibus in dies hominum vitiis Vocationes multum ſunt paſſæ humani. Ordinarie per ſimplicem conſtitutionem electi, qui ſe commendabant ab literis, pietatiſque zelo, quam electionem omnium dixeris diviniſſimam, quæ inter homines ab hominibus unquam facta. Quandoque tamen conſtituti per *Suffragia*, h. e. Symbola certa externa, populi, per ſortem, aliaque, de quibus jam non eſt dicendi locus. *Inauguratio*, quæ noſtra memoria, quod ſigillatim verbi divini Miniſtros ſpectat, communiter Ordinatio adpellatur, per impoſitionem manuum facta eſt. Talmudici quatuor præcipue actus recenſent, nimirum collocationem in Synedrium, faſcium traditionem, impoſitionem manus, renun-

renunciationem, s. solemnem proclamationem. Priscis tamen סמיכה, χειροθεσίαν, ab Mose, posterisque ejus derivatam, *Num.* 27. 18. suffecisse, vero similius esse aliquibus olim videbatur. Vid. *Cunæus de Rep. Hebr. cap.* 12. & *Coccej. ad Sanh. not.* 10. *c.* 1. *§.* 3. Totum ferme regimen Ecclesiarum Christi conformatum est ad politiæ Judaicæ exemplar, unde χειροθεσία, Christianis in verbis divini Ministri ordinatione usu recepta, etiamnunc in posteros traducitur. *Electio* ab *Ordinatione*, quem actum communiter impositionem manuum, aut solemnem inaugurationem, die Einweihung vocitant, unde Candidatus Ministerii Ordinandus, integerque hujus solemnitatis actus Ordinatio dicitur; Et ab illo actu, quem *investituram* vulgo nominamus differt. In χειροθεσίᾳ autem, divinæ benedictionis ὀχύματι, multum olim situm fuisse, æquus Antiquitatum æstimator non ignorat.

XVII. *Materia circa quam s. Objectum*, erant res divinæ pariter ac humanæ; Utrumque jus, tam Civile, quam Eccles. & circa sacra Synedrio concreditum. Hinc in errore versantur non levi, qui cum *Goodvvino*, aliisque, præter Synedrium M. *Consessum aliquem Eccles.* h. e. Synedrium peculiare ab Synedrio M. sejunctum, statuunt, quibuscum facere videtur *Beza ad Mt.* 2. 4. *pag.* 5. dum ait: *Ecclesiasticus Senatus ab illo Civili distinctus*. Erat quidem Sacerdotibus proprius aliquis consessus & concilium, sed propterea duplex Synedrium fingere, non habemus necesse. Sacerdotes separatim in conclavi, vel domo quadam, convenerunt, *non* ut *Judices*, *neque* ut *Consiliarii* illi, quos nostra memoria Kirchen-Räthe vocamus, sed ut *Consiliarii Ecclesiastici*, qui consulerent *de rebus & negotiis Templi, ut præsto essent omnia ad cultum divinum necessaria, ut sarta tecta conservarentur ædificia Templi & Atriorum, atque ut rite procedat Liturgia publica*, perinde ut in Academiis, quamvis ceteroquin ordinarie nonnisi unus Magistratus Academicus, omnes Facultates suos sejunctim habent consessus, s. conventus. Talmudici igitur, quando mentionem injiciunt בית של כהנים, *domus*, *l. Synedrii Sacerdotum*, non intelligunt Synedrium aliquod Ecclesiasticum, quo convenerint *Clerici* ut *Judices*, sed tum sermo illis unice est de לשכת בולוטון, *Conclavi* βουλευτῶν, quomodo alias passim nominant Talmudici, Judæique Græcienses, quales Consiliarii ad consultandum de negotiis præsertim Templi concurrentes forenses nunquam lites judicialiter composuerunt, sed, si qua res in controversiam venerit, eandem ad Magistratum summum, ex cujus ordine maximam partem erant ipsi, decenter detulerunt. Vid. *Lightf. Hor. Hebr. ad Mt.* 26. 3. *p.* 371. & *Lund.* Jüd. Heiligth. *l.* 3. *c.* 12. *p.* 455.

XVIII. *Norma* litigationum erat *lex initio* tantum *scripta*, ספר, liber κατ' ἐξοχὴν, תורה שכתב, *lex* ἔγγραφος. Mox accessit תורה שבעל פה, *lex*, *quam Dominus ore Mosi tradiderit*, ut sentiunt Magistri, νόμος πατροπάδοτος, *verbum* ἄγραφον, oralis institutio a Majoribus accepta. Quod *formam*, s. *modum* ferendi sententias, controversiasque decidendi attinet, egerunt, res judicialiter, more forensi tum temporis usitato, qua de re infra nonnulla adnotabimus. Finis primarius & ultimis erat Divini Numinis gloria, secundarius & intermedius salus Judæorum tam temporaria, quam æterna, quandoque vera, quandoque imaginaria & apparenter talis. Hactenus de Synedrio universim spectato.

CAPUT II.

De Synedriis sigillatim tempore nempe Christi spectatis.

I. TEmpore præsertim Christi constabat Synedrium ex summis Sacerdotibus, Scribis & Senioribus populi, quibuscum *Johannes*, *cap.* 11. 47. Pharisæos connumerat, qui sectam constituebant Judæos inter non ignotam *Maimon. Hal. Sanhedr. c.* 11. §. 1. אין מעמידין בסנהדרין אלא כהנים לוים וישראלים המיוחסים הראוים להשא לכהונה. *Non constituebant in Synedriis, nisi Sacerdotes, Levitas, & Israelitas genere nobilissimos, quorum filiæ Sacerdotibus legitimæ possent copulari*. Præmittimus Pharisæos, quorum nomen aliqui derivant a פרש, *expandere*, vel propter *extensionem & dilatationem Phylacteriorum*, vel propter *ostentationem bonorum operum;* Quidam a פרש, *explanare*, *exponere*, quasi dicas illos explanatores legis accuratissimos, exegetas κατ' ἐξοχὴν. Alii notionem ducunt eadem ab radice פרש, sed significatione præsertim Piel, *dividere*, *separare*, ut fuerint quasi ἀφωρισμένοι, *Separatistæ*, quam ad sententiam & nos accedimus. Nam פרישין, Syriace ܦܪܝܫܐ, erant Separatistæ, ἀφωρισμένοι ἐκ νόμον & παράδοσιν τῶν πατέρων, quo respicit fortasse Paulus, *Rom.* 1. 1. Drusio & Goodvvino id affirmantibus. Sicut enim Apostolus an-

antea fuerat κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν φαρισαῖος, id eſt, ἀφωρισμένος εἰς νόμον; Ita jam converſus fieri cœpit ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ad quod ab utero ſejunctus fuerat. Sic nobiſcum, quod vocis etymon ſpectat, ſentiunt *Auctor Lex. Aruch & Elias in Thisbi*, *Buxt. Lex. Talm. p.* 1851. *Menoch. de R. H. l.* 3. *c.* 15. *Q.* 1. *p.* 316. *Lightf. ad Mt.* 3. 7. *p.* 229. *Hotting. Theſ. Phil. l.* 1. *c.* 1. *ſ.* 5. *p.* 25. *Lund.* Jüd. Heiligth. *p.* 789. *Goodvvin. Moſ. & Aar. p.* 175. & plures alii.

II. Circa *ſectæ originem* diverſi diverſimode ſentiunt. *Joſeph. l.* 13. *Antiquit. c.* 9. tres Judæorum ſectas, Phariſæos, Sadducæos, Eſſæos jam Maccabæorum ætate floruiſſe, auctor eſt *Hieronymus* & *Druſius* infantiam Phariſæorum in Hillelis & Samai ævum rejiciunt. *Quiſtorp. & Friedlieb. claſſ.* 1. *ad* 1. *Maccab.* 2. 42. *Buxt. Not. ad lib. Coſri P.* 3. §. 22. *Spannhem. Dubb. Evang.* 28. *theſ.* 2. *P.* 3. *Goodvv. l. c. l.* 1. *c.* 9. *Scaliger Elench. Tribær. c.* 22. *ſeqq.* ab Haſidæis ortos volunt, ubi Scaliger præ ceteris noſtram incurrit cenſuram, quando Haſidæos pro fraternitate, aut collegio piorum venditat hominum, qui aſſiduis ſe legum obſervationibus dediſſent, idcirco cum emphaſi חסידים, Sancti, κατ᾽ ἐξοχὴν adpellati, a qua ſententia non abludunt Romano-Catholici Haſidæos cum Religioſis, aut Monachis, connumerantes. Eleganter & ſatis bene *Caſaubon. contra Baron. Exerc.* 1. *num.* 9. *p.* 50. omnes promiſcue Judæos in veritate ſemel agnita perſeverantes dicit חסידים, diſtinctos ab illis, qui Baalim genua flecterent. Piis enim omni ævo διακριτικὸν ὄνομα divinitus fuit conceſſum. Ante diluvium filii Dei, (cum impii contra filii hominum dicerentur,) poſt illud tempus juſti, pii, Iſraelitæ, חסידים, Sancti, die Frommen, oder die Gläubigen, vocati ſunt. Vid. 1. *Maccab.* 2. 42. *VII.* 12. 2. *Maccab.* 14. 6. Ego, quod originem attinet, quantum judicare poſſum, neutri ſententiæ ſubſcribendum cenſeo. Nativitatis enim dies incompertus eſt. Poteſt, ut ante, poteſt etiam, ut poſt Maccabæos efflorеſcere cœperint. Non uno die, aut per annum, confecti, nec tantum ſtatim in numerum, quantum Servatoris vidit ætas, accreverunt. Succeſſive juſtam ad ætatem, æquam ad ſtaturam pervenerunt, traditionibus eorum indies auctis. Error errorem peperit. Ut ſcintillula in flammam, ita opinio tandem in hæreſin erumpit.

III. Separatiſtas, ἀφωρισμένους, Phariſæos dixeris, partim qua terminum *ut in ſcholis ajunt*, a quo, partim qua terminum ad quem. Quoad *terminum a quo*, ſeparabant ſe 1.) *a perſonis*, *tam Sadducæis, quam hominibus plebeiis*. Hos contemtui habebant, illos averſabantur: Hos abjecte per faſtum, ex ſuperſtitioſa nimiæ ſanctitatis perſuaſione, vocitabant עם הארץ, *populum terræ*, ὄχλον, *turbam*, λοιποὺς τῶν ἀνθρώπων, Luc. 18. 11. vel, ut cives quandoque inflati Germanorum Paganos, aut Nobiles plebejos abjecte adpellant, das Land-Volck, gemeine Volck, בור *plebem rudem*, quæ legem non norit & ἐπικατάρατος ſit. Vid. *Maimon. ad Pirke Avoth. c. V.* 7. *VVagenſeil*, *Sota Exc. Gem. c.* 3. §. 8. 2. *Lightfoot Op. T. H. p.* 271. Cum primis publicanos & peccatores averſabantur, illicitumque putabant, edere cum illis, *Matth. IX.* 11. *Luc. VII.* 39. tam ſtolidi, ut eorum attactum fugerent, ne profanarentur *Goodvvin l. c. p.* 192. & *Pfeiffer. Antiq. Hebr. p.* 105. 2.) Separabant ſe ab rebus, utpote ab habitu & cultu hominum, in ipſis veſtibus nimiam ſanctitatem affectantes. Unde Chriſtus eorum damnat Phylacteria, *Matth.* 23. 5. Tum a rebus ſingulis in traditionibus vetitis, quibus homo, ut Phariſæus exiſtimabat, immundari poſſet. Vid. præter *Maimonidem & Moſ. Cotzenſem*, *Joſ. Karo in Schulchan Aruch. R. Jacob Abendana*, *Spicil. ad Michlal Jophi in cap.* 13. *Exod. Paulus Fagius ad Targ. Ex.* 13. *Fuller. Miſc. l.* 5. *c.* 7. *Dan. Heinſius*, *Exerc. Sacr. l.* 2. *c.* 7. *Chr. Cartvvrightus*, *Elect. in Exod. p.* 152. 156. *ſeq. VValæus*, *Comm. Ev. p.* 251. *Lightfoot. Hor. Hebr. p.* 244. *Pfeiffer. in Antiq. Hebr. c. XI. p.* 79. *ſeqq.*

IV. Terminum ad quem quod ſpectat, ſejungebant ſe 1.) *ad meditationem legis*, *præſertim oralis*, *verbi non ſcripti*, παραδόσεων τῶν πατέρων, *diligentiſſimam & accuratiſſimam*. Unde *Paulo* eſt ἡ ἀκριβεστάτη αἵρεσις, *hæreſis accuratiſſima*, Syro ܝܘܠܦܢܐ ܡܥܠܝܐ, *Secta præcipua*, &, ut habet Arabs, تعليم القرى سببن الفايقسى *diſciplina Phariſæorum illa excellentior*. Vid. *Selden. de Jur. N. & G. l.* 1. *c.* 2. *p.* 31. Statuta majorum mordicus tenebant. Scripturam S. legem & ספר, *librum*, ἁπλῶς vocabant, תורה שבכתב, *legem ſcriptam*, ἔγγραφον; Traditiones, vero ſeu verbum ἄγραφον, νόμον πατροπαράδοτον, תורה שבעל פה, legem, quam Dominus ore tradiderit Moſi in monte Sinai, tanquam κατήχησιν & perpetuum legis ſcriptæ commentarium, Moſes Joſuæ, hic Senioribus, Seniores Prophetis, Prophetæ viris Synago-

gæ

gæ M. illi posteris, quam fabulam copiosius recenset Moses Cotzensis in Præf. lib. Præcept. Uno verbo: Quod Romano-Catholicis verbum non scriptum, id Pharisæorum חורה שבעל פה, seu παράδοσις, quam Judæi parili modo etiamnunc, ut Romano-Catholici verbum ἄγραφον, Scripturæ S. sive Verbo scripto, præferunt. Deplorandus vero est Ecclesiæ status, quando aliqui, Christiani nomen præ se ferentes, insurgunt, qui, puram aliquam Cabbalam & verbum non scriptum orale admittentes, varios excogitant ritus, &, cum araneis venenum ex floribus sugentes, monstra opiniorum generant, quod faciunt præsertim illi, quibus visum, caudas Samsonis fuisse strophas stramineas, maxillas asini, quibus Simson percussit Philistæos, instrumentum esse bellicum nomine proprio sic adpellatum, Jonam omnia vidisse in imagine per somnium, diversorii Ninivitici illius nomen fuisse zum Wallfische, filiarum Sacerdotum non nisi imaginem crematam, itidem effigiem saltim Pauli lapidibus obrutam, more nostra ætate non infrequenti, Baptismum initiationis Sacramentum apud Israelitas jam ad montem Sinai adhibitum, & quæ sunt entia rationis id genus alia, quæ sana omnino Antiquitas ignorat. 2.) Pharisæi separabant se *ad sanctimoniam* religiosioris *vitæ exactissimam*, ultra vulgarem hominum sortem ascendentem. Hinc ille: *O Deus! ago tibi gratias, quod non sum*, ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, *Luc.* 18. 11. Unde majorum statuta sancte servantes cavebant, ne aliquo modo offenderent, aut polluerentur. Mira habet hanc in rem *Maimonid. Tract.* טומאת אוכלים, c. 16. §. ult. אעפ׳ שמותר לאכל אוכלין טמאין ולשתות עשקים טמאי חסידים הראשונים היו אוכלין חולין בטהרה ונזהרין מן הטמאו כולך כל ומיהם והן הנקראים פרושים ודבר זה קרושה יתירה הי״א ודרך חסידות שיהיה נברל אדם ופורש משאר העם ולא יגע בהם ולא יאבל וישתה עמהם שהפרישות מביאה לידי טהרת הגוף ממעשים הרעים וטהרת הגוף מביאה לידי קרושת הנפש מן הריעות הרעות וקרשת הנפש גורמת להרמו בשבינה שנ׳ והתקדשתם והייתם קרושים כי קרוש אני ה׳ מקרשכם: *Licet licitum sit, & cibos immundos comedere, atque humores immundos bibere, attamen prisci Assidæi cibum communem in puritate comedebant, & toto vitæ tempore sibi ab omnibus immunditiebus cavebant: Hi adpellantur Pharisæi: Id quod diximus, sanctitas excellens est & pientissima vivendi ratio, ut homo se separet ab reliquo populo, neque illum tangat, vel edat, aut bibat una. Etenim si quis ita se separat, facit, ut corpus suum a malis actionibus purgatum sit. Corporis autem mundities causatur sanctitatem animæ a pravis opinionibus. Sanctitas vero animæ nos DEO similes reddit, sicut scriptum est Lev.* 20. 7. 8. Sanctificate vos & sancti estote, quia ego Jehova, qui sanctificavi vos. En egregium Theologum! Notabile jejunium, ex communi sententia, Pharisæis per Septimanam bis, die Lunæ & Jovis, solemne, quia nempe *Luc.* 18. 12. Pharisæus dicitur bis jejunasse. Sed exemplum non statim facit regulam. Ab individuo & a particulari ad universale non valet consecutio. Contrarium apparet ex *Matth.* 9. 14. ubi Pharisæi πολλὰ νηστεύειν inducuntur. Quilibet, quantum quidem ego judicare possum, jejunia eligendi facultatem habuit, levique sæpius de causa arbitraria sibi præscripsit. Inter Traditiones eorum eminebat *Lotio*. Eluebant enim *pocula, sextarios, æramenta & lectos, Marc. VII.* 4. Vid. *Goodvv. l. c. p.* 190. & *Pfeiffer. Antiq. Hebr. p.* 105. *Lotio* præsertim *Manuum* notabilis, quæ fiebat πυγμῇ *Marc.* 7. 3. *crebro*, ut vertunt passim, vel *accuratius, diligenter*, juxta *Syrum* [illegible] μετὰ σπουδῆς. Utebantur enim accuratissima lavandi methodo, per παράδοσιν πρεσβυτέρων accepta, quam נטילת ידים, *elevationem manuum*, adpellabant, a *Goodvvino*, aliisque descriptam. Non capiebant cibum χερσὶν ἀνίπτοις, *Matth.* 15. 2. Consueverunt βαπτίζεσθαι πρὸ τοῦ ἀρίστου, *lavare ante prandium, Luc.* 11. 38. Precatio, qua in lotione utebantur, hæc erat: ברוך אתה יי׳ אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו על נטילת ידים: *Benedictus sis Domine, Deus noster, rex seculi, qui sanctificasti nos præceptis tuis, atque jussisti nos elevationem manuum.* Redeuntes e foro manus lavabant, *Marc.* 7. 4. Dilatabant quoque Phylacteria, seu Tephillin, de quibus, præter auctores antea citatos, vid. *Maimon. Tract. de Tephillin*. Inter illorum dogmata præcipua notatur μετεμψύχωσιν in vulgus nota Pythagorea. In eo tamen ab Ethnicorum placitis recesserunt, quod, piorum tantum animas, ab excessu statim, aliorum in corpora transmigrare, Pharisæi crederent. Vid. *Joseph. l.* 2. *de B. I. c.* 7. *p.* 788. Μετεμψύχωσιν illam Talmudici vocant סור הגלגול, *mysterium revolutionis*, dum miseri & cœci illi homines, א׳ד׳ם, Adamo, Davidi, Messiæ, per & propter hoc revolutionis mysterium, unam, eandemque animam fuisse, sibi persuasum habent. Error meo judicio exinde subnatus est, quod locum de Spiritu Eliæ dupliciter in Elisam supervenien-

nien-

niente non recte interpretati ſunt: Quapropter, quo jure, judicent alii, Judæos *Matth.* 16. 14. pronuntiaſſe hoc argumento, atque illa perſuaſione ſeductos, CHRISTUM eſſe Johannem Baptiſtam, aut Eliam, aut Jeremiam, aut unum ex Prophetis, non pauci arbitrantur. Vid. *Hottinger. in Not. ad Goodvvin loc. cit. p.* 180. Ceterum ob ſanctitatem, quam affectabant, nimiam, & legis notitiam, ſuo ipſorummet judicio non vulgarem, maximo apud quoſvis in honore habebantur. Hoc ex capite multi eorum Synedrii Aſſeſſores conſtituti ſunt, unde Johannes, quando Synedros inducit, Phariſæos avocat, cum plurimi Collegæ ad ſectam ſe haud dubie Phariſaicam adplicaverant. Vid. *Lightfoot. Hor. Hebr. ad Joh.* 9. 13. De Phariſæorum ἀςοργίᾳ, quam *doctrinaliter*, ut in ſcholis loquimur, exercebant, id eſt, de cathedra publice defendebant, & *realiter*, quando, rebus & facultatibus gazophylacio devotis, egentes, ne parentibus quidem exceptis, hoc ſanctimoniæ prætextu & devotionis larva, abigebant, cum dicerent hypocritæ, divitias ſuas eſſe קורבן, res Deo oblatas, δῶρον ſacris uſibus deſtinatum, *Matth.* 15. 5. Vid. *Pfeiffer. Dubb. Vex. p.* 911. *Lightfoot. Hor. Hebr. ad Matth.* 15. 5. *p.* 368. *Pokok. ad Portam Moſis c.* 9. *p.* 411. *& Hotting. Theſaur. Phil. l.* 1. *c.* 1. *ſ.* 5. *p.* 31.

V. Scribæ nomen officii, non ſectæ, competit vel puris Laicis, vel hominibus eccleſiaſticis. *Inter* Laicos γενικῶς ſcribæ dicuntur in Antiquitate Judaica, qui pueros inſtituunt, ἰδικῶς publici Notarii, Secretarii, Advocati, γραμματεῖς βασιλέως, 2. *Reg.* 12. 10. item כתובין כנהררי, *ſcribæ forenſes*, vel Synedriorum, qui vota collecta calamo excipiebant ſedentes, a dextra alter, alter a ſiniſtra, de quibus, præter Talmudicos, vid. *Bertram. de Rep. Jud. p.* 381. *ſeq. & Hotting. Theſ. Phil. l.* 1. *c.* 1. *p.* 64. Eccleſiaſtici, γραμματεῖς τοῦ νόμου, τοῦ λαοῦ, νομικοὶ, νομοδιδάσκαλοι, ſimpliciter Scribæ & cum emphaſi, codices deſcribebant, pericopen prælegebant, legem, prælecto textu, explicabant, ſedentes in cathedra Moſis & habentes claves ſcientiæ, quas acceperant manu promotoris ſui, cum Doctoratum inirent. Vid. *Eſr.* 7. 6. *Luc.* 7. 30. *Matth.* 7. 28. 29. *Marc.* 1. 22. *Mar.* 12. 35. Iſti, quorum fit in Paſſionis hiſtoria mentio, citra dubium fuerunt Eccleſiaſtici, hoc eſt, publici Eccleſiæ Doctores, quorum functio primaria, explicare τὰς γραφάς; Unde νομοδιδάσκαλοι dicti ſunt. Certos inter illos ordines floruiſſe & gradus, nemo vocabit in dubium, ſed hanc graduum differentiam per voces γραμματεῖς τοῦ νόμου, νομοδιδασκάλους, νομικοὺς ſignificari, negandum puto, quia promiſcue uſurpantur apud Scriptores S. modo pro ſcriba primi, modo ſecundi ordinis, atque ſic amplius, ſine ordinis diſcrimine, prouti terminus nunc κατ᾽ ἐξοχὴν & ſenſu ſtrictiori, nunc γενικῶς & ſenſu laxiori capitur. *Bynæus de M. C. l.* 1. *c.* 2. *p.* 98. Γραμματεὺς in ſacris peritum legis & Doctorem ſignificat, *Matth.* 7. 29. *XVII.* 10. *XIII.* 52. *XXIII.* 34. Unde νομοδιδάσκαλοι, *legis Doctores*, νομικοὶ, *legis periti*. *Marc.* 12. 28. γραμματεὺς habet, *Mt.* 22. 35. diſerte νομικὸς, id quod facit quoque *Arabs*, ideoque, voces has ἰσοδυνάμους eſſe, conſtat. Quare *Sirus* τὸν νομικὸν vertit ספרא, γραμματέα, & *Mt.* 22. 35. *peritum legis*, qui intelligit legem. Unde *Theophyl. in Luc.* 11. Νομικοὶ γραμματεῖς ἦσαν, καὶ διδάσκαλοι τοῖς βουλομένοις, τὰ τοῦ νόμου ζητήματα λύοντες; *Legiſperiti ſcribæ erant & Doctores eorum, qui volebant, legis quæſtiones ſolventes*. Vid. *Jac. Lydius in Flor. Sparſ. ad Paſſ. de Scribis*.

VI. Præter hos Evangeliſtæ in Synedrium collocant ἀρχιερεῖς, ſeu *principes Sacerdotes*, in controverſiam venit. *Chryſ. in Matth. Homil.* 79. *Theophyl. in Matth.* 26. 3. *Joach. Camer. ad loc. cit. Dav. Paræus ad loc. cit.* alii intelligunt per ἀρχιερέας Pontifices maximos, dignitatem olim qui geſſerant, quoniam Pontificatus tunc temporis non perpetuus, ſed annuus factus erat. *Gerhard. Harm. Evang. c.* 150. *Spanhem. Dubb. Evang.* 37. *P. II. & Voſſius, Harm. Evang. l.* 1. *c.* 2. interpretantur capita familiarum ſacerdotalium, vel colluviem illam Sacerdotum per ambitum & largitiones ad Pontificatum graſſantium. *Anton. Bynæus de M. C. l.* 1. *c.* 2. *p.* 97. omnes eſſe ex genere pontificali, putat, id eſt, ex ea familia, quæ in dignitatem Pontificis M. ſanguinis proximitate vicinius ſuccedendi jus habebat, quomodo legatur *Act.* 4. 6. ὅσοι ἦσαν ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ, *& quotquot erant ex genere pontificali*. Atenimvero, γένος ἀρχιερατικὸν ſignificare familiam illam, unde conſtat? Vox igitur ἀρχιερεὺς, ſicut aliæ multæ, πολυώνυμος eſt. 1.) Sumitur κατ᾽ ἐξοχὴν, *ſenſu ſtrictiſſimo* & prorſus *ſingulari eminentiſſimo*, quo SOLI CHRISTO tribuitur, Sacerdoti Summo, æterno & ἀναμαρτήτῳ, qui cum emphaſi dicitur τοιοῦτος-ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος, *Ebr.* 7. 26. 2.) *ſenſu ſtrictiori & eminente*, ἰδίως, quo ſoli Pontifici M. competebat, qui erat כהן גדול, *magnus*, aut *ſummus Sa-*

cer-

cerdos, הכהן הראש, *Sacerdos caput*, *ſ. princeps & caput Sacerdotum*, ἱερεὺς κατ' ἐξοχὴν, ἱερεὺς, ſed cum addita emphaſi ὁ μέγας, ἀρχιερεὺς prægnanter & ἀρχιερεὺς μέγας. 3.) *ſenſu laxiori*, quando tribuebatur quoque capitibus, ſeu præfectis ordinum Sacerdotalium a Davide inſtitutorum & Salomone confirmatorum. Huc pertinent itidem capita, ſeu præfecti in Templo, proximus a Sacerdote ſummo, Vicarius, כהן משנה, *Sacerdos ſecundus*, Talmudicis סגן dictus, qualis erat Hannas, poſtmodum duo inſignes קתיקולין, ſive קתוליקין, quaſi καθολικοὶ, adpellati, & præter reliquos ראש המשמר, *caput vigiliarum*, & præfectus Templi in dirigendis vigiliis. Hac obſervatione igitur præmiſſa, per Sacerdotem M. Cajapham, ἀρχιερέα, ſenſu ſtrictiori ac eminente intelligi caput omnium Sacerdotum, Pontificem maximum; Per principes autem Sacerdotum, ἀρχιερέας, ſenſu laxiori capita, ſeu præfectos ordinum Sacerdotalium, juxta *Camer. ad Mt.* 2. 4. *p.* 1. non tantum illos, qui membra erant Synedrii, verum reliquos omnes ſimul, qui inter Sacerdotes eminebant, ad planum perductum eſt. Supra audivimus, Sacerdotibus proprium aliquem fuiſſe conſeſſum & concilium. Poteſt igitur, ut, cum caſus ille tragicus eſſet prorſus extraordinarius, omnes ad unum Sacerdotes præcipui, immo illi quoque, qui Sacerdotis M. dignitatem aliquamdiu geſſerant, in re tam ardua & maximi momenti turmatim confluxerint, eum in finem, ut per confratres ſuos, qui ex Ordine Sanhedrin ſimul erant, ad Senatum illud, de quo agebant, more tum uſitato, deferrent. Vid. *Lightfoot. Hor. Hebr. in Matth.* 2. 4. & *ad Matth.* 26. 3. *it. de Miniſt. Templi*, *c. V. Petr. Cunæus de R. H. l.* 11. *c.* 6. *Bertram. de Rep. Jud. c.* 18. *Beza ad Matth.* 2. 4. *Ant. Bynæus de M. C. l.* 1. *c.* 2. *p.* 92. alii.

VII. Poſtremum Aſſeſſoribus accenſentur πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ, *Seniores populi*, hoc eſt, omnes illi, qui eximia apud populum auctoritate & honore vigebant, certis ordinibus præpoſiti, quomodo nos Collegiis Seniores conſtituimus, qui mos omnibus hodie ferme gentibus in uſu. Tales electi ex Jethronis conſilio Iſraelitis erant, *Exod.* 18. 21. poſtmodum in Synedrium recepti. Sed diu ante Jethronis tempora Seniores extiterunt. Patriarchæ familiis præfecerunt Seniores, *Gen.* 24. 2. Dixit Abraham ab Servum, Seniorem domus ſuæ, qui præerat omnibus, quæ illi erant. Fontes habent: אל עברו זקן ביתו המושל בכל אשר לו, *Græci* vertunt: Τῷ παιδὶ αὐτοῦ τῷ ἄρχοντι πάντων τῶν αὐτοῦ. Erat igitur princeps & præfectus, proptereaque ſalutatut זקן, quod nomen tunc erat præfectorum, unde *Targum Hieroſ.* עבדו שליטא דהוה שלית בכל מה רידיה: *Servo ſuo principali, qui omnibus, qui ei erant, præficiebatur ut gubernator*. Sic Joſephus deſcendit ad ſepeliendum patrem cum זקני ביתו, *ſenioribus domus ſuæ*, *Gen.* 50. 7. Seniores Iſraelitis in Ægypto præfuerunt. *Exod.* 3. 16. & 18. *IV.* 29. *XII.* 21. *XVII.* 5. 6. Philo de *Vita Moſis l.* 1. vocat δημογέροντας τοῦ ἔθνους. Similiter poſt exitum ex Ægypto tales erant illi, *Exod.* 18. 21. quos commendat Deus Moſi, *Num.* 11. 16. 24. ut in Synedrium cooptarentur. Exinde Synedrium שובעין חכימיא, 70. *Sapientum & 70. Seniorum Synodus* adpellatur. *Targ. Hieroſ. Num.* 21. 18. *it. Deuter.* 31. 9. ואל כל זקני ישראל LXX. καὶ τοῖς πρεσβυτέροις υἱῶν Ἰσραήλ. Ex quibus ſingulis, ſapientia & dignitate excellentes Orientalibus, præſertim Hebræis, nomine Senioris veniſſe, manifeſtum eſt. Vid. *Exod.* 19. 7. ubi *Paraphr. Hieroſol.* לחכימיא דישראל, *Sapientibus Iſrael*, *Levit.* 19. 32. Honora פני זקן, vultum Senioris, ubi *Onkelos* מן קדם דסבר באורייתא תקום ותהדר אפי סבא: *Coram eo, qui doctus eſt in lege, ſurgas, & honora faciem Presbyteri*. Talmudici de honorandis Sapientibus legem, quam ex inſtituto explicant, inſcribunt מצות כיבור חכמים *Præceptum de honore Sapientibus exhibendo*; &, *Seniores* non ſe annis, ſed doctrina & prudentia, metiri fatentur, אפילו יניק וחכים, *etiamſi juvenis ſit modo ſapiens*. *Maimon. Tit. Talm. Tora c.* 6. & *Selden. de Syn. V. H. l.* 1. *cap.* 14. *p.* 385. *ſeqq.* Titulus ille aliis etiam gentibus uſu receptus eſt. Ægyptorum mentio jam injecta. Parili notione nomen illud competit, *Num.* 22. 4. 7. 8. זקני מדין, *Senioribus Midianitarum*, זקני מאב, *Senioribus Moabitarum* &c. Carthaginenſibus & Græcis erant γέροντες, *Seniores*, (αἱρετοὺς μᾶλλον ἢ καθ' ἡλικίαν, *Ariſtot. Polit.* 2. *c.* 9.) ab quibus Suffetes apud Pœnos, qui tanquam conſules & judices gubernarent, veniunt. *Livius l.* 28. *c.* 37. *l.* 34. *cap.* 60. Vocem illam interpretes paſſim ex Hebræorum שופטים deducunt. *Seldenus* vero *de Synedr. pag.* 409. cum *Scaligero in Feſti Verbo* τὸ Sufes derivat a צופה, *Tzuffe*, ſive *Suffe*, Speculator, Ephorus, Epiſcopus, Epopta, ſeu ut Græci 1. *Sam.* 14. 16. 2. *Sam.* 13. 34. &c. transferunt σκόπος, Speculator. Præceptum, quod *Lev.* 19. 32. de honore Presbyteris exhibendo extat, Græcis quoque more receptum eſt. *Plato de Rep. l.* 4. *Xenoph. in Memor. l.* 2. Καὶ

γὰρ

γὰρ ὁδȣ̃ παραχωρῆσαι τὸν νεώτερον πρεσβυτέρῳ συντυγχάνοντι πανταχȣ̃ νομίζεται, καὶ καθήμενον ὑπαναςῆσαι καὶ --- *Uſus obtinuit*, (inquit ille Plato,) *ut junior Seniori occurrenti ubique de via cedat, & ſedens aſſurgat*. De Laced. teſtis eſt *Herodot. l.* 2. 80. Λακεδαιμόνιοι, οἱ νεώτεροι ὠυπέων τοῖσι πρεσβυτέροισι συντυγχάνοντες εἴκȣσι τῆς ὁδȣ̃ καὶ ---; *Lacedæmonii, minores* (pro more) *majoribus nati obvii cedunt via ac deflectunt, advenientibusque e ſedili ſurgunt*. Æliano, Hiſt. Animal. l. 6. c. 61. præceptum illud maximo habetur in pretio, quando in laudem illius ſic erumpit; Λυκȣ̃ργος δ' ἐνομοθέτει νόμον φιλανθρωπότατον, ὅς ἐγὼ ὦμαι, νόμων, θάκων καὶ τε ὁδῶν ἀφίςασθαι τοῖς πρεσβυτέροις τȣ̀ς νεωτέρȣς: *Ex omnibus legibus humaniſſimam judico, qua Lycurgus præcepit, Senioribus minores tum de ſedibus, tum de via decedere* &c. Adjicit Dougtæus, Anal. S. P. I. Excurſ. 49. pag. 85. *Atque hinc Homerus denique, non ſine reſpectu omnino habito ad morem hujuſmodi inter homines ſolemniter obſervatum, Deos reliquos quotcunque ſub occurſum Jovis illico conſurgentes inducit*;

- - - Θεοὶ ἅμα πάντες ἀνέςαν
Ἐξ ἑδέων σφȣ̃ πατρὸς ἐναντίον, ȣ̓δέ τις ἔτλη
Μεῖναι ὑπερχόμενον, ἀλλ' ἀντίοι ἔςαν ἅπαντες.
- - - *Dii vero ſimul omnes ſurrexerunt*
E ſedibus ſui patris in occurſum, neque aliquis ſuſtinuit
Expectare venientem, ſed obvii ſteterunt omnes. Iliad. 1.

Illud apprime tenendum, Græcorum πρεσβυτέρȣς καὶ γέροντας eſſe ἐντίμȣς καὶ ἀρίςȣς, *Optimates, Seniores* æque atque apud Hebræos olim זקנים. *Homer. in Achillis Scuto, Iliad.* 6. & β. &c.

- - - οἱ δὲ γέροντες,
Εἴατ' ἐπὶ ξεςοῖσι λίθοις ἱερῷ ἐνὶ κύκλῳ.

Seniores autem ſedebant in politis lapidibus, ſacro in circulo, ubi *Scholiaſtes Euſtath. ad Iliad.* β. *p.* 167. Οἱ παλαιοὶ παρ' Ὁμήρῳ τȣ̀ς λέγεσθαι, qui χρόνον μὲν ȣ̓κ ἦσαν γέροντες, ἄλλως μέντοι ὡς ἔντιμοι μετὰ τῶν γερόντων κατελέγοντο; *Tempore, ſeu ætate, non erant Seniores, ſed, quia ex honoratioribus eſſent, cum Senioribus recenſentur*. Eodem ſenſu *Mæonius vates, Il.* γ. vocem δημογέροντες accipit: Εἵατο δημογέροντες ἐπὶ Σκαιῇσι πύλῃσι; *Sedebant populi Seniores in Scæis portis*, populi nempe Trojani magnates. *Suidæ* ſunt itidem οἱ τȣ̃ δήμȣ ἐντιμότατοι, *qui in populo honoratiſſimi*; *Euſtathio* ἡγήτορες τρώων, *primates Trojanorum*. Unde apud eundem *Homerum, Iliad.* δ. & *Odyſſ.* ν. γερȣ́σιος οἶνος, *vinum Senatorium*, & δαὶς γερȣ́σιος, *Senatorium convivium*. Hoc nomine Lacedæmoniorum magnates inſigniuntur apud *Ariſtotelem, Plutarch. in Lyſandro* & alias: *Optimates in Sparta regibus adjunctos Apollo* πρεσβυγενέας *dixit, Lycurgus autem diſerte* γερȣσίαν ὠνόμασεν, *Senatum adpellavit*. Samiorum magnates ita dicti, de quibus vid. *Jamblich. de Vita Pythagoræ l.* 1. *c.* 5. De Alexandrinis in Ægypto, aliiſque multa recenſet *Selden. de Synedr. V. H. p.* 412. *ſeqq*. De ſingulis promiſcue Veterum gentibus idem teſtatur πολυμαθέστατος *Dionyſ. Halicarn. Antiquit. Rom. l.* 3. καὶ τȣ̀ς πρεσβυτέρȣς καὶ ἀρίςȣς γέροντας εἰώθασιν οἱ παλαιοὶ καλεῖν *Priſci Presbyteros & Optimates ſenes appellare ſolebant*. Arabes in lingua ſua Seniorem exprimunt per الشيخ, *Alſcheich*, quod ſonat Senior, & accipitur *moraliter* pro Doctoribus, *civiliter* pro viris in republica aut collegio eminentioribus, & *generatim* pro honoratioribus. Sic *Avicenna* ſæpius الشيخ الرئيس, *Senior princeps*, non ab ætatem, ſed ſapientiam, unde *Ant. Giggæus, Theſ. Vol.* 2. *col.* 1237. ait: الشيخ *eſt Epitheton, ſeu titulus, quo graviores viri & præcipue literatiores inſigniuntur, ac reſpondet Græcorum Presbytero*. Vid. *Edvvard. Pokock. in Anth. Nomenclat. p.* 364. Quod ad Occidentem attinet, res eſt in propatulo. De Latinis Vid. Selden. *de Syn. V. H. p.* 416. *Sigon. de Antiq. Jur. Civ. Rom. l.* 2. *c.* 1. & *Roſin. in Antiq. Rom. l.* 7. *c.* 5. Inde quoque *Areopagus*, aliæque Athenienſium curiæ ac βȣλαὶ Senatus dici ſolitæ. Vid. *Sigon. de Rep. Athenienſ. l.* 2. *c.* 3. Ritus ad Gallos, Italos, Hiſpanos, Germanos, alios tranſiit. Eundem in modum Chriſtiani Veteres habebant πρεσβυτέρȣς, *Seniores, Act.* 11. 30. *XIV.* 23. *Tit.* 1. 5. &c. *Act.* 20. 17. *Jac.* 5. 14. quibus præficiebantur Ἐπίσκοποι, ut זקנים, ſ. Senioribus in Iſrael, erant Judices Summi, Pœnorum γέρωσι, ſ. Senioribus, Suffetes, Græcorum πρεσβυτέροις ἀρχιπρεσβύτεροι, Romanorum Senatoribus Conſules ordinati. Conſuetudo igitur illa ab Oriente, & Hebræis in Occidentem venit. Atque ſic omnes inter, quinam inde ab Abrahamo, temporibuſque ſubſecutis זקנים πρεσβύτεροι, γέροντες, fuerint ex quo capite Synedrium Talmudicis שיבה, hoc eſt, *Senioratus*, vel *Senatus*, dictum, & quid ſibi velit in Actibus: Πᾶσα ἡ γερȣσία Ἰσραὴλ, *totus Senatus Iſrael*, vel, ut *Syrus, Arabs, Vulgatus*, alii vertunt, *omnes Presbyteri, ſeu Seniores*, ſatis conſtat. Breviter ut dicam, intelliguntur in gente Judaica nobiliſſimi non ætate, non καθ' ἡλικίαν ſpe-

ſpectati, ſed doctrina, ſapientia, dignitate excellentes. 1. *Maccab.* 14. 20. *VII.* 35. quales in Synedrio M. locum occupare poterant. Vid. *Camero in Myroth. Evang. ad Matth.* 26. 3. *Grotius ad h. l. Bynæus de M. C. l.* 1. *c.* 2. *p.* 115. *Dougt. Anal. S. ad Ruth.* 4. 1. *p.* 125.

VIII. Reſtat, ut de Græcorum ὑπηρέταις, & Hebræorum שוטרים pauca adjiciamus, quum eorum in Paſſionis hiſtoria non ſimplex, ſed frequens fiat mentio, præter eaque miniſtri Aſſeſſorum eſſent publici. Horum V. T. ſæpe numero meminit, v. c. *Deut.* 1. 15. ubi Hebræus habet ושוטרים לשבטיכם, *&* *miniſtros, apparitores, lictores tribubus veſtris*, & *Samaritanus* itidem ࠔࠈࠓࠉࠌ, *Schoterim*, *Græcus* vero γραμματοεισαγωγεῖς; *Judæi Germanienſes* Buitil, *Bedellos*, *Græcienſes* רברטורוש, ῥαβδατόρυς, hoc eſt, ῥαβδούχους, ſeu *lictores*, *apparitores*, *Syrus* ܣܦܪܐ, *Scribam*, item *Arabs* كتابا, *Scribam*, quia Schoterim erant, ex ſignificatione שטרא & שטר, quæ voces Talmudiſtis γράμμα ſignificant, & ad res forenſes pertinent, introductores & diſpoſitores contractuum ſcriptorum, obligationum, codicillorum, ſcriptarum litium, actionum, controverſiarum, poſtulationum, æque ac apud Athenienſes εἰσαγωγεῖς, qui actiones forenſes ad judices deferebant, ſeu (εἰσάγοντες) introducebant, quamvis alii hos cum *Sigon. de R. H. l.* 7. *cap.* 7. *p. m.* 371. male pro Magiſtratibus venditant. Vid. *Jul. Pollux l.* 8. *c.* 9. *§.* 6. Miniſtri illi, acutiſſimo judice Seldeno, erant, *qui baculo utebantur & flagellis, ſtantes coram judicibus & circumſtipantes in plateis & vicis, judiciorum, præjudiciorumque ſolemnium executores*. Quapropter ad *Deut.* 16. 18. verba Talmudici intelligunt per judices Magiſtratus ordinatos in Synedrio, coram quibus litigant partes, per Schoterim autem illos, qui cum baculo & loro aſſiſtunt judicibus & circumeunt in foro, plateis atque tabernis, ut rectificent portas & menſuras, & percutiant iniquos ex ore judicis. In quocunque autem ipſi cernunt pravitatem, eum adducunt Synedrio, ut judicetur, & puniatur pro merito malitiæ. Vid. *L' Empereur ad Bertram. c.* 5. *Grot. ad Joſ.* 8. 33. *Conring. de Rep. Hebr. §.* 27. *Lightf. Hor. Hebr. ad Matth.* 5. 25. *Carpzov. ad Schickard. de I. R. H. cap.* 4. *theor.* 14. *Goodvv. Moſ. & Aar. l.* 5. *cap.* 3. *Lund. l. c. p.* 483. *Pfeiffer. Antiq. Hebr. p.* 119. *Selden. de Syn. V. H. l.* 2. *c.* 5. *p.* 643. *&* 646.

IX. Locus *Deuter.* 16. 18. cumprimis diverſimode transfertur, quæ verſiones tamen ab ſe invicem, ut apparet, diſtinctæ unum hominum genus deſignare poſſunt. Græcis vocantur γραμματοεισαγωγεῖς, quod nomen præcipuam Schoterim functionem non ineleganter ſubinvoluit. Erant enim revera contractuum ſcriptorum &c. τῶν γραμμάτων, introductores & εἰσαγωγεῖς, ut interdum Græcis ἁπλῶς dicuntur. *Chaldæus* ſubſtituit vocabulum פרדעניו & סרבין, *vindices*, hoc eſt, *executores* qui baculo & flagello delinquentes caſtigarent. *Syrus*, *Arabs*, *Samaritanus:* Scribæ, nempe contractuum &c. *Græcienſes Judæi*, nec male, transferunt רברטורוש, ῥαβδοφόρους, *virgas ferentes, qui cum baculo & flagellis* diſcurrerent; *Germanienſes Judæi* בויטלן, Buetelen. Seldenus Pedellos vocat ſ. Bedellos. Judices enim prodeuntes in publicum κατὰ πόδα ſequebantur, eorundemque veſtigiis inhærebant, ut in civitatibus hodie & in Academiis miniſtri Magiſtratum ſequuntur. *Joſepho* dicuntur ὑπηρέται, *lib.* 4. *Antiq. c.* 8. quo ſignificatu Spiritus veritatis cum Scriptoribus Græcis, *Æſch. Xenoph.* &c. ipſe, ſumit, *Joh.* 7. 45. *&* 2. *Mt.* 5. 25. *Marc.* 14. 65. Ὑπηρέτης autem ab ἐρέσσω, ſive ἐρέττω, *remigo*, proprie denotat remigum genus inferius, unde ὑπηρέσιον & ὑπηρετήσιον, *tabula*, cui inſidebant ἐρέσσοντες, *pellis*, aut aliud quidpiam, quod remiges ſibi ſubſternebant. Sicut enim ὑποδιδάσκαλος eſt præceptor, qui alii ſubeſt: Ita ὑπηρέτης quoque dicitur, qui ἐρέτῃ, vel ordinis, vel directionis & dominii intuitu, ſubjicitur. Fuerunt igitur ὑπηρέται inter nautas infirmæ ſortis homines. Poſtea μεταφορικῶς ad omnes illos, in quos periculoſum & ærumnoſum munus conjicitur, Veteres accommodant. Sic antiquis Græcis Sacerdotes ſonant ὑπηρέται, *ſubminiſtratores*, & miniſtri militares ὑπηρέται. *LXX. Senibus* idem ſunt ὑπηρέται, quod Hebræis עבדים, *Servi*, ſeu *miniſtri regii*, *Prov.* 14. & alias. Apud Græcos ſervis, ſive miniſtris magiſtratus publicis, competit. Omnes enim illi homines, nemine excepto, munere funguntur ærumnoſo & periculoſo. Vid. *Pfeiffer. Antiq. Græc. l.* 3. *c.* 35. *p.* 589. & *l.* 1. *c.* 27. *p.* 49. *it. l.* 3. *c.* 4. *p.* 489. *Hammond. cum Annot. Cler. p.* 43. ſatis bene: *Vox* ὑπηρέτης, *miniſter, ſeu lictor, quæ eodem ſenſu Jo.* 18. 3. *occurrit, alio rurſus uſurpatur Luc.* 4. 20. *ex cujus loci collatione adparebit, eoſdem homines, qui in Synedriis, ſ. in judicum Conſiſtoriis, erant adparitores, vel lictores, fuiſſe etiam in Synagogis loco Diaconorum ad miniſtrandum, ad adferendum, vel auferendum librum legis &c. Sic ipſa vox* διάκονος,

κονος, *apud Mt.* 22. 13. *significat eos Magistratuum ministros*, *qui homines in carcerem ducebant*, *quod lictorum*, *f. viatorum*, *erat officium*. *Pro voce ὑπηρέτης est apud Luc.* 12. 58. *πράκτωρ*, *i. e. lictor*, *qui exsequitur sententiam a judicum consessu pronunciatam*. D. Paulus eleganter admodum ærumnosum verbi divini ministrorum statum, eorundemque miserias depingit, quando illos, 1. *Tim.* 3. 1. per metaphoram vocat ὑπηρέτας. Ecclesia enim militaris sub navigationis perpetuæ simulacro quam convenientissime repræsentatur, ubi directores & remiges, verbi divini ministri, quasi tabulis insident, in quibus maximis periculis & ærumnis plurimis expositi sunt. Vid. *Beza ad Mt.* 5. 25. *p.* 18. Romanis itidem lictores usitati erant, qui Consules, Prætores, Dictatorem in publicum prodeuntes vel præcedebant, vel sequebantur, toga, vel sago amicti, cum fascibus & securibus. Vid. *Rosin. Antiq. Rom. l.* 7. *cap. ult.* & *Kipping. Antiq. l.* 2. *c.* 4. Denique res cedro digna, quando piger *Prov.* 6. 7. ablegatur ad formicam, quæ prompte facit דרכיה, *viam suam*, id est, *commercium*, Handel und Wandel/ *negotiationem*, nec opus habet שוטר, ejusmodi ῥαβδούχῳ seu ῥαβδοφόρῳ, quales Græcis dicebantur bacillum ferentes &c. *Act.* 16. 35. & ap. *Plutarch. Polyb. alios*. *Steph. Thes. T.* 3. *p.* 660. ἐργοδιώκτῃ, juxta *LXX. Senes* ἀναγκάζοντι, & *Arabem:* illo, qui cogat eam, aut more Schoterim virgis percutiat, aut cum baculo & flagellis ad labores adigat. Ex quo illud relinquitur, abjectissimos sæpe numero vermiculos instar Doctorum nobis esse oportere, qui homines calliditate, astutia, diligentia &c. non infrequenter, suo modo, superant.

X. Quoniam Servator prædixit discipulis: Παραδώσι γάρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια, & Scriptura præter Synedrium M. de quo supra satis dictum, aliorum consessuum inferiorum meminit; Pro instituti nostri ratione illos examinabimus. Ejusmodi Synedria duo Hierosolymis erant. Unum consedit in monte supra portam inferiorem Templi, alterum supra portam Nicanoris. Tales consessus judiciarii singulis in civitatibus, quæ 120. familias numerare poterant, ordinati fuerunt. *Maimon. Sanh. cap.* 1. *num.* 3. עיר שאין בה מאה ועשרים מעמידים להם ג׳ דיינין. *In urbe*, *in qua non sunt* 120. *patresfamilias*, *constituunt tres judices*. Constitit Synedrium medium e 23. Assessoribus, ex ordine Sacerdotali, Levitico & populi Senioribus selectis. Præterea oppidulis & vicis minima quoque Synedria fuerunt constituta, f. סנהדרין קטנה, *Synedrium minus*, cui tres erant judices præfecti. Omnes hi consessus pariter utriusque juris, tam civilis, quam ecclesiastici, exercitium habebant, præterquam quod res arduæ, maximique momenti in Synedrio tantum Magno peragerentur, levidensibus Mediis, vel Minimo relictis. Vid. *Gen.* 23. 10. *Deuter.* 16. 18. *XVII.* 5. 8. *XXI.* 19. *Ruth.* 4. 1. *Hiob* 31. 21. *Ps.* 127. 5. *Prov.* 14. 19. *XXII.* 22. *XXIV.* 7. *Es.* 29. 21. *Jer.* 26. 10. *Thren.* 5. 14. *Amos V.* 10. 12. 15. *Zach.* 8. 16. &c. Hebræis erant, ex communi tantum non omnium sententia, dicasteria hujuscemodi sub dio, ut Romanis, teste *Valer. Maximo l.* 8. *c.* 1. *tit.* 8. & *Dempstero ad Rosin. Antiq. Rom. p.* 725. quod Hevæis etiam in usu, *Gen.* 34. 20. In primis in portis urbium. Quanquam ceteroquin ad Lightfooti sententiam accedo, qui non in ipso portæ introitu, sed in aliquo conclavi supra vel prope eam, ut in monte Templi supra portam Nicanoris fuisse, existimat, *Lightf. de Templi Hieros. p.* 604. & *Carol. Sigonius de Rep. Hebr. l.* 6. *c.* 6. Extructum vero publico in loco videtur propterea, ut justum semper & æquum ob Assessorum oculos versaretur, &, quod injustum, judices sedulo aversarentur, ut omnia, adstantibus singulis, testimonium de justo judicio publice perhibentibus, in omnium conspectu, dijudicarentur, & quilibet publica frui defensione posset. Vid. *Pfeiffer. Antiq. Hebr. p.* 98. & *Lund. l.* 3. *c.* 18. *p.* 482. Erat utique in portis certus & determinatus locus, ubi judices pro more sedebant. Exemplum, 1. *Reg.* 22. 10. Achabi & Josaphati illustre est, qui sedent בגרן *in area*, auf dem Platz für der Thür/ am Thor Samariae, ad quem locum *R. D. Kimchius* addit glossema: כחצי גורן עגולה *Velut dimidium rotundæ areæ*, *ut unus posset contueri alium*; Atque sic Josaphatus & Achabus cum toto Collegio quasi in Semi-circulum consederunt, quod in medio tamen recte relinquit *Pfeiffer. Antiq. Hebr. p.* 99. In loco judicii ponebantur sedilia & regibus throni Unde 2. *Sam.* 15. 2. Absalon juxta *Ralbag* sedet על יד דרך השער, *ad semitam viæ portæ*, & juxta *LXX. Senes* & *Jonath.* qui κατὰ πόδα fontes secuti: Ἀνὰ χεῖρα τῆς ὁδοῦ τῆς πύλης, על נכש אורח תרעא. Existimant quidem aliqui, portam sumi συνεκδοχικῶς, pro ipsa urbe, quo sensu quandoque accipiunt *Talmudistæ* & *Onkelos*, *Deut.* 16. In omnibus civitatibus vestris. *Syrus:* ܒܟܠܗܘܢ ܡܕܝܢܬܐ, in omnibus urbibus: *Samaritanus:* [Samaritan], in omnibus civitatibus Arabs: في جميع محالك, in omnibus habitationibus: *Judæi Hispanien-*

nienſes apud Seldenum : אין טוראש טוש סיבררים, en todas tus cividades : Item *Græcienſes :* אוש אולו טא קשטרישו, εἰς ὅλω τὰ κάςειςο, in omnibus urbibus ; *LXX. Senes ;* Ἐν πάσαις ταῖς πόλεσί σε. Atenimvero, quanquam שער per Synecdochen urbem ſignificare poſſit, hoc tamen loco pro portis tutius accipitur. Ita legunt *Vulgatus :* In omnibus portis tuis: *Judæi Germanienſes :* אין דיינן טארן, ein deinen Toren : *Luth.* In deinen Thoren. *Verſio Tavvaſiana Perſica* در همه دروازهاى تو in omnibus portis tuis, & *Arabica* Romæ cum Vulgato edita : In omnibus portis tuis. Conſonant *Talmudici*, Antiquitatum peritiſſimi, & veteres & recentiores, Scriptores tam *Græci*, quam *Romani*. Immo plurima e citatis loca id clariſſime loquuntur, v. c. *Deut.* 21. 19. *ad ſeniores civitatis illius & ad* שער, PORTAM, *loci illius*. Abſurdum, ſi quis ita interpretaretur : AD SENIORES URBIS ILLIUS ET AD URBEM LOCI ILLIUS. Si Magiſtris habenda fides, ſedebant in circulo, vel area ſemi-circulari, ad imaginem Synedrii M. quod, cum Scriptura taceat, ſuo loco relinquimus. Aderant *expectantes*, ſive *Canditati*, non e numero judicum, neque ſedentes in ſcamnis, aut ſellis judiciariis, ſed peculiaribus Sedilibus inſidentes admodum ſubmiſſis, verſus terram declinatis. In judicio ipſis nullus locus, nullum vota dandi jus, præterquam quod quandoque abſentibus ordinariis Aſſeſſoribus in rebus arduis, ſi nimirum, uti diximus, ordinarius judicum numerus non eſſet completus, conſulerentur. Vid. *Lightf. Hor. Hebr. ad Luc.* 10. 25. Virgas, ſ. baculum, Servatoris ætate geſſiſſe, illamque ad cæremoniam *Eſ.* 9. 4. alludi nonnulli putant, quamvis ceteroquin ipſe textus longe aliud eloquatur. Poſtmodum illis שופרות, *cornua*, ſ. muſica inſtrumenta ex cornu, Antiquitatum periti aſſignant, quibus fuiſſent uſi in execratione, qualem hodie Bannum & excommunicationem vocant. Item quando maledictus & excommunicatus in libertatem & priſtina reſtitutus fuiſſet privilegia. Inſignia ſunt inſtrumenta חצוצרות, ex argento buccinæ ductiles, quibus convocabatur plebs ad concionem, aut principes ad conſultandum de Republ. quibus etiam dabatur ſignum caſtra movendi. *Schindler. Lex. Pentagl. p.* 640. *Cum clangebant ambæ*, inquit, *convocabatur plebs: Cum una tantum, principes : Cum vero eſſent movenda caſtra, clangebatur cum vociferatione, quod motio caſtrorum belli indicium eſſet. Num.* 10. 2. *Joſeph. A. I. l.* 2. *c.* 11. γίνονται δὲ δύο, καὶ τῇ μὲν ἑτέρᾳ πρὸς παρακέλευσιν καὶ συλλογὴν ἐχρῶνται τε πλήθες πρὸς τὰς Ἐκκλησίας, καὶ μίαν μὲν ἐπισήμαντος, ἔδει τὰς ἀρχὰς συνελθεῖν σκεψομένας περὶ τῶν οἰκείων. Ἀμφοτέραις δέ -- *Duas*, (tubas fecit,) *quarum una plebs ad concionem vocabatur, altera principes ad conſultandum de Republ. exciebantur : Utriſque vero clangentibus, univerſus populus convocabatur*. De his inſtrumentis Muſicis vid. *Kircher. in Muſurg. Univ. t.* 1. *l.* 2. *c.* 4. *p.* 47. *ſeqq. Sennert. Diſſ. de Muſica Hebr. Dieter. in Antiq. Bibl. P. I. p.* 349. *Lightfoot. Hor. Hebr. ad Mt.* 6. 2. *Buxt. Lex. Talm. in* טוש, *Lund.* Jüd. Heiligth. *l.* 3. *c.* 47. *p.* 651. *R. Abr. Aria Mutinenſis in libro* שלטי הגבורים, c. 4. alii. Habebant denique ſcuticas, quibus contra legem delinquentes caſtigarentur. Vid. *Carpzou. ad Schickard. de Jur. Reg. Hebr. c.* 2. *theor.* 7. *num.* 1. *p.* 143.

XI. Synedrium M. convenit ἐν αὐλῇ τε ἀρχιερέως. Nam tum Synedrium e Liſchkath Gazith jam emigraverat in tabernas, & e tabernis in urbem ſanctam. Summus vero Sacerdos convocandi jus, ὅλον συνέδριον, quorſum vellet, habuit : At, cum Præſes eſſet, congregabantur σύνεδροι ordinarie ἐν αὐλῇ ἀρχιερέως, *in aula S. Sacerdotis*. Ἀυλὴ, inquit *Budæus*, *apud Athenæum pro triclinio prægrandi, id eſt, loco, in quo nuptiæ in regia celebrantur. Hodie ſalam dicimus. Legimus etiam apud Athen.* αὐλὰς *fuiſſe vocatas haſce domos, vel quod ante illas eſſent ampla loca ſubdivalia, vel quod ſatellites illis ſolerent* παραυλίζεσθαι. *Hoc ut ulterius probent, ad auctoritatem Menandri, Diphili & Polybii provocant*. Ἀυλὴ quantum quidem ego judicare poſſum, Veteribus locus apertus erat ſub dio, ubi greges, oves, capræ, aliaque minora animalia, ut ex Mæonio conſtat vate, noctu in agris a paſtoribus includebantur, ſeptis idcirco ad cuſtodiendum gregem ſtructis, ex more perantiquo etiamnum uſitato, quem vocant paſtores einpferchen / die Schaffe in die Hürden / oder / ut antiqui Germani ajebant, in die Hurten bringen. *Num.* 32. 24. *Jud.* 5. 16. 2. *Par.* 32. 28. *Eſ.* 13. 20. *Luc.* 2. 8. ubi verſio N. T. vulgata τὸ ἀγραυλοῦντες tranſtulit ; Ἐμένασιν ἔξω εἰς τὰ χωράφια, *manſerunt extra in agris*. Ἀγραυλεῖν enim dicitur παρὰ τὸ ἐν ἀγροῖς αὐλίζεσθαι, *vitam in agris ſub dio degere*, quod *Ariſtoteles* dixit θυραυλεῖν. *Syrus interpres* quando vertit : ܕܫܪܝܢ ܗܘܘ ܬܡܢ, qui manentes erant illic, h. e. commorantes ibi tanquam in diverſorio, vim Græci verbi penetrare voluit, id quod inter omnes accuratiſſime fecit *Arabs : Paſcentes in*

agris & vigilantes Germani dicerent: Sie hatten die Hürden aufgeschlagen auf dem Felde und hütteten des Nachts. u. *Hesych.* αὐλίζομαι, μένω, ἐνδιατρίβω. *Scholiast. Hom. ad Iliad.* κ. vers. 155. ρ. v. 52. ψ. v. 184. *Hesiod.* Θεογ. *vers.* 26. Ἄγραυλοι οἱ ἐν ἀγρῷ αὐλιζόμενοι. Ἀγραυλέοντες igitur *Homero* & *Hesiodo* sunt ποιμένες ἀγραυλοὶ οἱ ἐν ἀγρῷ νυκτερεύοντες. Unde αὐλισμὸς *Hesychio* est διανυκτέρευσις, *pernoctatio*. Vid. *Sirac.* 14. 26. ὑπὸ τοὺς κλάδους αὐτῆς αὐλισθήσεται, *sub ramis ejus morabitur; XXIV.* 11. *Casaub. Ex.* 2. *contra Baron. Num.* 14. *p.* 156. Hac præsertim ex causa Bynæus αὐλὴν τὴν ἔξωθεν, *Apoc.* 11. 2. exponit per spatium extra templum, quod tecto nullo tegitur, *Hebræique* חצר vocant, *LXX. Senes* autem αὐλὴν, & *Philo de Vita Mos. l.* 3. τὸ ὕπαιθρον αὐλὴν dicunt. *Athenæus* ab ἄω derivat, ut sic locus apertus, & vacuus sub dio, qui a ventis perfletur. Unde αὐλὴ, *aula*, *regia*, *palatium* κατ' ἐξοχὴν, Fürsten-Hoff und Königlicher Pallast / διὰ τὸ ἐκεῖ παραυλίζεσθαι, καὶ παρακοιμᾶσθαι τοὺς δορυφόρους τοῖς βασιλεῦσι, *quod ibi satellites regii excubent, & somnum capiant*. Vid. *Luc.* 11. 21. Hujusmodi palatia Athenis & Romæ plurima extabant domibus præmissa, quemadmodum nec Hebræis insolita fuerunt. Sic legimus de aula Pilati, *Marc.* 15. 16. item de aula Asamonæorum, cujus *Josephus* meminit, ac in primis de Atrio, vel palatio Cajaphæ, quo Σύνεδροι ad consultandum de morte Christi concurrebant, non quidem sub dio, sed haud dubie in conclavibus hunc in finem illic extructis. *Bynæus*, *Coccejus & Sagittav* αὐλὴν proprie esse חצר, *locum subdivalem*, sed postea obtinuisse, ut βασιλεῖαι, s. regiæ αὐλαὶ adpellatæ fuissent, quomodo nobis aula, Hoff κατ' ἐξοχὴν, ἁπλῶς & simpliciter posita sit palatium principum, aut magnatum; Atque sic, αὐλὴ domum ipsam significare Cajaphæ, opinantur. Atenimvero in atrio, ac in specie in tabernis ad id extructis, convenisse, vero similius est. De cetero vocabulum αὐλὴ plures significatus admittit. Tali nomine Græcis ἰδίως adpellabatur interior domus, ubi fœminæ conclusæ diverterentur, diversa a προαυλίῳ, *aula anteriore*. *Lucianus* vocat αὔλειον. Vid. *Casaubon. ad Athen. Pollux. Onom. l.* 1. *c.* 8. *Stob. Serm.* 72. *& Pfeiffer. Antiq. Græc. l.* 2. *c.* 53. *p.* 351. *Græv. in Lect. Hesiod. cap.* 16.

XII. Congregationes illas, quibus princeps Sacerdotum & præfecti, cum Scribis ac Pharisæis, intererant, Sanhedrin fuisse, supra audivimus. Id saltim nos mirari oportet, quod doctissimus *Sagittarius P. I. c.* 8. *p.* 61. *seq.* adjicit: *Nonnulli tamen ea propter dubitant, plenum M. Synedrii consessum fuisse, quod Senatores convenerint in Basilica magna, quæ conclave Gazith appellabatur, sive in conclavi e cæso lapide; sed* ἐν αὐλῇ ἀρχιερέως *-- Et sane, quia sua consilia maxime occulta esse voluerunt, ideo potius in Pontificiis ædibus, quam in publico Templi loco suum consessum habuisse, verisimile est.* Ab quo non multum abit *D. Gerhardus*, *H. E. c.* 167. *p.* 678. & *Vossius*, qui de congregatione illa scribere non veretur: Difficile dictu, an Synedrium fuerit. Nam quando recurrimus ad ea, quæ jam exposita sunt de Sanhedrin migratione ex Lischkat Hagazith in tabernas & e tabernis in varia urbis loca, difficultas, quæ subnasci inde poterat, omnis exspirat & facile tollitur.

XIII. Τὸ συνήχθησαν subinvoluit coitionem, quæ fit consilii capiendi causa, & non multum abludit a voce συνεβουλεύσαντο, *Joh.* 11. 47. *Act.* 4. 5. Est enim συνάγειν εἰς ἓν, *in unum colligere*, juxta *Demosthenem*, συνάγειν, *concludere*, *ratiocinari*. *Steph. Thes. T. I. p.* 87. in concilio coire. Conjunctim vero in unum congregati consilia ineunt, ut adimpleretur id, quod dictum per Prophetam, *Ps.* 2. 2. נוסדו יחד, *fundati sunt una*, vel: *Ardua de re concilium egerunt una*. *Chaldæus* expresse יתחברו בחרא, *associati sunt in unum*, sive una; & *LXX. Senes*; Συνήχθεσαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, non frustra, sed ut agerent de סוד, *arcano*, re privatos intra parietes clanculum tractanda. Illi enim ὕπαρχοι & ἄρχοντες Act. 4. sunt רוזנים, ἄριστοι, Assessores Synedrii, qui, ut vates canit, נוסדו, *fundati sunt*. Est autem Metaphora, quod proceres fundamenta Reipublicæ & consilia eorum fundamenta actionum. Præterea viri doctissimi observant, quod οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ συνήχθησαν, congregati fuerint, eo ipso tempore, quo Christus discipulis mortem proxime futuram annunciavit his verbis: Οἴδατε, ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας Πάσχα γίνεται &c. ἐγένετο, ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς &c. *factum est, cum Jesus absolvisset* &c. quod e particula τότε, nec male, conjiciunt. Vid. *Bynæus de M. C. p.* 131. Ad illud καὶ ἐγένετο insimul notant, Græcos imitari morem loquendi Hebræorum, qui cum novum quid auspicantur, τὸ ויהי, *& fuit*, sive *& factum est*, præmittunt. Sic legimus sub initium Josuæ, ubi prima statim vocula ויהי, *& factum est*, videlicet postea, cum mortuus esset Moses. Similiter *Gen.* 4. 1. ויהי מקץ ימים, *& factum est in fine dierum*; & in libro Ruthæ:

thæ : ויהי בימי , *& factum est in diebus* &c. Huic igitur ויהי non ineleganter respondet Græcum ϗ ἐγένετο, *Matth.* 7. 28. *XI.* 1. *XIII.* 53. *XIX.* 1. & hoc loco, quo Evangelista hebraizant, vid. *Vorstius apud Bynæum de M. C. l.* 1. *c.* 1. *p.* 9. Denique, festi tum hujus, tum reliquorum, diem omnes nosse poterant. Nam in moribus olim positum, ut scribæ embolismos, sive intercalationes, annorum ac mensium principia, diesque festivitatibus solemnes, tabulæ inscriberent, eamque suspenderent de foribus Synedrii. Unde *Chaldæus Paraphrastes ad Cant. VI.* 4. ספריך מלין חוכמתא כפרקטינין דמיא וידעין למנני חושבני עבורין ומעבורין שנין וקבעין רישי ירחין ורישי שנין בתוע בית סנהדרין : *Scribæ tui pleni sunt sapientia sicut piscinæ aquarum, & sciunt constituere rationes embolismorum, & intercalant annos, & signant principia mensium & annorum in porta domus Synedrii*. In primis Pascha, quotannis fixo die celebrandum, non poterat non esse notum, quare Servator dicit, *οἴδατε, scitis, quod post biduum Pascha sit*.

XIV. In Congregatione illa Synedrium tulit sententiam; Μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, ἵνα μὴ θόρυβος γένηται ἐν τῷ λαῷ, *non in die festo, ne tumultus fiat in populo. Matth.* 26. 5. Per festum intelligitur imminens Pascha, non primus tantum dies, qui *Syro* est *dies congregationis*, quia die primo & septimo erat מקרא קדש , *convocatio sancta*, quod placuit quibusdam, vid. *Petrus Keuchenius in Annotat. in Matth.* 26. 4. 5. Neque agnus paschalis; Sed μετωνυμικῶς tempus, totum illud spatium a mactatione agni ad finem Azymorum, ut habent recte *Bynæus l. c. p.* 144. *Grotius ad Matth.* 26. 5. *Gerhardus in Harm. Evang. c.* 167. *& Lightfoot. Hor. Hebr. ad Joh.* 3. 1. Tria vero festa solemnia, nempe חג המצות , *festum Azymorum*, חג השבועות , *festum hebdomadum*, & חג הסכות; *festum Tabernaculorum*, ἐξοχικῶς hoc gaudent nomine, ob maximam solemnitatem. Hiuc Lutherus illud ἑορτάζειν, 1. Cor. 5. 8. nervose transtulit: Lasset uns Ostern halten. Certe τὸ ἑορτάζειν elegantius & convenientius vix reddi posset, quam perpetuum Pascha celebrare, continuis in gaudiis Paschalibus vivere, id quod Textus circumstantiis accuratissime respondet. Vetus obtinuit mos, teste *Maimonide de Rebellibus*, ut hujusmodi refragator & læsæ majestatis sacerdotalis & judiciariæ reus non plecteretur, nisi sub tribus festis. Tum enim populus universus concurrebat ex omnibus tribubus. *Hammond. in Matth.* 26. 2. Unde *Talmudici*, peccatores pessimæ notæ, præsertim sacrorum violatores, sub diebus festis dedisse pœnas, tradunt, ut homines turmatim confluentes haberent παραδείγματα, ut Græcis dicuntur, exempla ad peccatorum evitationem exposita, quo trahunt illud *Deut.* 17. 13. Et totus populus audiet & timebunt, neque amplius præfracte agent. Vid. *Sanhedr. c.* 10. §. 4. *Selden. de Syn. V. H. l.* 3. *c.* 3. §. 7. *Drus. ad Matth.* 26. 2. *& Fagius ad Deut.* 17. 12. Ob tumultus vero metum, qui isto tempore, teste *Josepho*, non infrequens, in primis, quod Judæis non pauci Christum regem & Prophetam venerabantur, nolunt eum interficere sub diebus festi. Vid. *Grotius ad Matth.* 26. 5. Sed cum auspicatissima sese offerret occasio, præter opinionem, dirigente ita Deo, consilia mutant. Ceterum non una, sed iterata, immo pluribus vicibus Synedrium convocarunt. Initio, ut ἁπλῶς ac in genere consilia de Morte Christi caperent, daß sie ihn tödteten, deinceps ut de supplicio sigillatim consultarent, quomodo e medio tollerent, & quales circumstantiæ circa supplicium illud præcise essent attendendæ, wie sie ihn tödten möchten.

HER-

HERMANNI WITSII DISSERTATIO
DE SYNEDRIIS HEBRÆORUM.

I. *Synedria trium generum*. II. *Minimum tribus Judicibus constat*. III. *Eratque in iis urbibus, quæ pauciores quam* 120. *incolas habent*. IV. *Constituebatur vel auctoritate publica, vel consensu litigantium*. V. *Requisita in Triumviris*. VI. *Vitia a dignitate illa excludentia*. VII. *Sic tamen ut admitteretur serio resipiscentes*. VIII. *Caussæ a Triumviris dijudicandæ*. IX. *Synedrium* XXIII. *virorum, mira subtilitate adsertum*. X. *Compendium eorum quæ huc pertinent*. XI. *Modus considendi*. XII. *Josepho cum Talmudicis male convenit, in numero Judicum*. XIII. *Grotii conciliatio*. XIV. *Non solida*. XV. *A minoribus collegiis ad majora non fuit provocatio*. XVI. *Seldenus & Leusdenus laudati*. XVII. *Ordo dicendorum*. XVIII. *Nomen* מחיקק. XIX. *Seniorum*. XX. *Qui per manuum impositionem ordinati esse dicuntur*. XXI. *Sophetini, sive Judicum*. XXII. *Unde Tyriorum & Carthaginiensium Magistratus Suffetes dicti, secundum Grotium*. XXIII. *Talmudici per Judicem intelligunt Synedrium M. vel illius Præsidem*. XXIV. *Cujus postrema sententia pro rata habetur*. XXV. *Sufes Carthaginiensium, potius videtur esse a* ציפה *quam a* שיפט. XXVI. *Sanhedrin. Etymologiæ ridiculæ*. XXVII. Συνέδριον. XXVIII. *Synagoga M. non est Synedrium*. XXIX. *Sed potius commentum traditionariorum*. XXX. *Summa rerum de Synedrio dicendarum Capita*. XXXI. XXXII. *Institutio Synedrii*. XXXIII. *Quæ eodem fere tempore contigisse creditur, quo Areopagi institutio apud Athenienses*. XXXIV. *Tria in Synedriis observanda*. XXXV. *Numerus: qui erat* LXX. *cum suo principe*. XXXVI. *Tribus: quarum nulla prærogativam habuit præ reliquis; prævaluerunt tamen Sacerdotes*. XXXVII. *Pontifici qua tali nullum jus ad Synedrium*. XXXVIII. *Synedri tempore Davidis & Josaphati*. XXXIX. *An distincta fuerint Sacerdotum & Principum collegia* XL. *Rex non cooptatus in Synedrium*. XLI. *Ad quid tamen admissi Proselyti*. XLII. *Qualitates in Synedris requisitæ*, Ἀρνητικῶς XLIII. Θετικῶς. XLIV. *Electionis modus antiquissimus*. XLV. *Recentior*. XLVI. *Initiatio facta per impositionem manuum*. XLVII. *Cui deinceps substitutum solemne carmen*. XLVIII. *Præses & Vice-Præses Synedrii*. XLIX. *Quibus adjunctus tertius, nomine Sapientis*. L. *Auctoritas Synedrii*. LI. *Res ibi tractandæ*. LII. *Personæ jurisdictioni ejus subjectæ. Prophetæ*. LIII. *Pontifices*. LIV. *Reges*. LV. *Illi præcipue qui ex domo Davidis erant*. LVI. *Fabella circa hanc rem Talmudica*. LVII. LVIII. *Verberum pœna an Majestati Regiæ adversa*. LIX. *Sententia Synedrii sine ulla provocatione executioni mandata fuit*. LX. *Cujus justitia ut populo manifesta fieret, insigniter accurabant*. LXI. *Quod & circa Jesu supplicium observatum esse mentiuntur*. LXII. *Pœna contumaciæ, Flagellatio*. LXIII. *Aliquando & Mors*. LXIV. *Seni Rebelli infligenda*. LXV. *Locus Synedrii initio varius fuit*. LXVI. *Sub Templo secundo in celebratissimo Conclavi cæsi lapidis*. LXVII. *Unde quadraginta ante destructionem Templi annis sua sponte cessit*. LXVIII. *An Johannis* XIX. 13. *innuatur Pilatum in hoc conclavi Tribunal suum habuisse?* LXIX. *Non est verisimile*. LXX. *Forma Consessus*. LXXI. *Tempus*. LXXII. LXXIII. LXXIV. LXXV. *Continuatio Synedrii*. LXXVI. *Cujus auctoritas circa tempora Herodis variis gradibus imminuta fuit*. LXXVII. *Duravit tamen etiam post excisam a Tito Hierosolymam*. LXXVIII. *Catalogus Præsidum a captivitate Babylonica usque ad finem*. LXXIX. *Hæ Talmudicorum de Synedriis suis historiæ, non sunt exploratæ veritatis*. LXXX. *Quibus credere non oportet, nisi quatenus firmantur ex sacris*. LXXXI. LXXXII. LXXXIII. LXXXIV. LXXXV. LXXXVI. *Examinantur argumenta affirmantium*. LXXXVII. *Multa sunt quæ suadeant, nullum tale Synedrium fuisse ante Captivitatem Babylonicam*. LXXXVIII. *Sed tum demum viguisse, quando Hebræi sub Macedonum Principum auctoritate fuerunt*.

I. IN Republica Hebræorum ab omni retro antiquitate trium generum *Consessus Judiciales* fuisse feruntur:

tur: quorum unus *Minimus*, alter *Major*, tertius *Maximus* dici meretur.

II. *Minimus tribus* duntaxat judicibus constabat: quem numerum juris Hebræorum periti, e sacris literis, subtiliter suo more eliciunt. Primo observant, nomen אלהים *Elohim*, quando hominibus adtribuitur, non nisi de judicibus, in terra Israelis rite ordinatis, usurpari. Sic enim *Maimonides Tract. Sanhedr. Cap.* IV. *Parag.* IV. אין קרוי אלהים אלא בית דין שנמסך בארץ ישראל בלבד: *Non tribuitur nomen Elohim, nisi consessui judicum rite ordinatorum in terra Israelis tantum*. Porro notant, numerum istius nominis pluralem pluralitatem quoque inferre; & quidem talem cui binis satisfieri nequeat. Id enim pro indubitatæ certitudinis axiomate habent; non posse consessum judicialem pari constare numero: quum in dissensu sententiarum æqualibus suffragiis nihil concludatur. Ut ergo definiri aliquid possit, ad minimum requiruntur tres. Nam si duorum unus diceret, *Reus est*, alter diceret, *Justus est*, requirebatur tertius, qui unius sententiam augeret, & lancem deprimeret. Vid. *Buxtorf. Lex. Talm. col.* 25. 13.

III. Ejusmodi autem triumviralis consessus in iis locum habebat urbibus, ubi pauciores centum & viginti incolis, id est, patribus familiarum, inveniebantur. Et sufficere credebatur dirimendis litibus, quæ ad forum istud pertinebant. Sic tamen, ut monente *Maimonide*, laudatius & honestius esset, si plures, velut caussæ ventilandæ & judicii futuri testes, & inspectores, adhiberentur: quos ad numerum undenarium, si dissensus oriretur, augeri fas erat.

IV. Constituebantur autem hi Triumviri, vel *Auctoritate publica*, vel *privato litigantium consensu*. Publica auctoritate singulis oppidis & pagis de Judicibus prospiciebat Synedrium Maximum, ex præcepto numinis. *Deut.* XVI. 18. *Judices & Moderatores constituito tibi in singulis portis tuis, quas Jehova Deus tuus tibi dat; per tribus tuas, qui judicent populum judicio justo*. Sed & pro re nata eligebantur aliquando Triumviri; partim ex Compromisso, seu communi litigantium pactione, ad similitudinem arbitrorum, in Jurisdictione contentiosa; partim ex unici alicujus arbitrio, ubi actus jurisdictionis voluntariæ exercendus erat. Sic enim exstat *Sanhed. Cap.* III. §. I. *Caussæ pecuniariæ a tribus judicantur. Partium quæque unum deligit sibi: & pariter adsciscunt tertium. Hæc est R. Meir sententia. At Sapientes decreverunt, ut bini judices tertium adsciscant.*

V. Minori quidem accuratione in Triumviris constituendis utebantur, quam in superioris ordinis judicibus: attamen nonnulla requirebant, sine quibus ne Triumviris quidem accenseri fas erat. Iterum hic *Maimonidem* audiamus *Sanhed. Cap.* XI. *In judicibus triumviralium collegiorum, quanquam non usque adeo exacte omnia, quæ in superiorum Consistoriorum senioribus, requiruntur: tamen ut septem illa singulis adsint necesse est: nimirum* I. *Sapientia*. II. *Modestia*. III. *Timor*. IV. *Odium quæstus*. V. *Amor Veritatis*. VI. אחבה הבריות להם. *Ut ab hominibus amentur*. VII. *Ut bene audiant*.

VI. Aliqui ab hac etiam dignitate expresso juris Judaici canone exclusi sunt. Exstat is *Sanhed. Cap.* III. *Parag.* III. *Isti rejectanei sunt*. I. המשקק בקוביא *Aleator*. II. *Fœneratores*. III. *Qui columbas volare docent*. IV. *Nundinatores fructuum anni septimi*. Canonis istius hæ sunt rationes. *Aleator* bona sua non acquirit modo legitimo: quoniam non dat operam publico commodo, cui incumbere mortales omnes decet: & fortuna rem suam gerit; fors autem non acquirit legitime. Nam ubi dominii mutatio non fit ex pleno consensu, sed domino dolente, rapina est. *Fœneratores* quasi signatis tabulis Deum Israelis abnegare, Hebræorum Jurisconsulti sciscunt. *Qui columbas ad volatus certamen edocent*, iidem præsumebantur columbas illices alere, cum injuria aliorum. Denique *fructus anni septimi*, non ad quæstum, sed ad usum concessi sunt.

VII. Hi tamen omnes, si cœptis destitissent, admitti deinceps poterant; modo resipiscentiam suam idoneis argumentis probent. Aleatorum resipiscentiam tunc probari ajunt, quando fractis fritillis ne pro nihilo quidem ludunt. Fœneratorum vero, quando concerptis codicillis ita incipiunt aversari pristinum morem, ut ne apud alienigenas quidem fœnore occupent pecuniam suam. De qua re erudite disserit *Coccejus in notis ad hanc pericopam*.

VIII. Res quæ ad forum Triumvirorum pertinent, sunt generatim דיני ממונות *judicia pecuniaria*; itemque lites de læsione, de damno vel dimidio damni: id est, an damnum integrum rependendum sit, uti si homo aut bos testato noxius damnum dent; an solum dimidium damni dati, uti si bos mansues damnum dederit. Etiam de restitutione dupli, quadrupli, aut quintupli. De vi & seductione, id est de stupro per vim aut fraudem non desponsatæ illato. De diffamatione; de mensis & anni intercalatio-

tio-

tione ; & si quæ de eo genere plura . Addunt denique, etiam flagellationis decernendæ jus triumviris fuisse . Cætera minutiora sunt , quam ut uberiori commentatione persequamur .

IX. Accedimus ad Collegium Judiciale *Majus* , *Viginti & trium virorum* : quem numerum, torquendo varias sacrarum literarum pericopas, hoc modo subtiliter conficiunt . *Num.* xxxv. 24. 25. Dicitur *& Judicabunt* עדה *cœtus*, *& eripient cœtus* . Ecce , inquiunt , duos cœtus , alterum judicantem , alterum eripientem: id est , homines vicenos . עדה enim, sive *cœtus*, decem hominibus constat. Unde hoc probatur? Ex *Num.* xiv. 27. *Quousque cœtum istum malum eorum qui sunt murmuratores adversum me audivero* ? Semove ab iis Josuam & Calebum , improbæ murmurationi non implicitos , remanent *decem* . At quæ est ratio adjungendi insuper *ternos* ? Ex illo quod intelligendum datur *Exod.* xxiii. 2. *Ne sequaris plures ad mala* . Unde infertur , omnino eos esse sequendos in bonum . Additur , *post plures inclinando* . Non enim ut in bonum , ita similiter in malum , inclinatio est facienda . In bonum vel ex unius sententia pronunciare licet ; in malum non , nisi si duorum suffragia præponderent . Jam consessus judicum non est ut parili constet numero . Ergo his unus insuper addendus . Habes xxiii. Exstant hæc *Sanhed. cap.* i. §. vi. At quid aliud sunt , nisi argutiæ inanes hominum ingenio , otio , &, quod omnium turpissimum est , ipso Dei verbo ad nullam rem utilem abutentium ?

X. Habebant autem consessum xxiii. virorum in omnibus *oppidis majoribus* , ubi plus quam cxx. patres familias erant . Quamvis *R. Nehemias* dictet , cxxx. ut numero decurionibus respondeant . *Hierosolymis* vero *duo* ejusmodi Synedria erant : quorum alterum sedem habebat ad *Montem Templi* , alterum ad *Atrium Templi* . In illud vocabantur e minoribus urbibus viri egregii ; inde in hoc transferendi, veluti promtuarium , unde *Consessui Maximo* de peritissimis judicibus prospiciebatur. Uti suo loco fusius docebimus. Non adsciscebantur in hunc ordinem nisi *præstantissimi* quique Israelitarum , iis instructi dotibus , quas *Jethro* commendabat Mosi ; de quibus prolixius nobis erit dicendum , ubi Collegii omnium Maximi Synedros describemus. In consessu vigintitriumvirali *omne genus caussæ* disceptabantur, pauculis exceptis, quæ reservatæ erant Synedrio Maximo .

XI. *Modus considendi* fuit talis . Repræsentabat formam dimidii circuli : cujus mediam sedem occupabat Præses . Dextræ adsidebat Vice-præses . Sinistræ , ut quidam opinantur , Sapiens aliquis præ cæteris insignis . Tunc porro ab utroque latere Collegæ reliqui . Ad utramque dimidii circuli extremitatem collocatus erat Scriba . Infra considebant tres ordines eorum qui discipuli Sapientum vocantur : sic ut singuli ordines complectentur xxiii. discipulos , totidem quot Senatores . In quolibet ordine considebant quisque secundum dignitatem suam in scientia . Si dissensus esset inter Senatores , adeo ut necesse esset quenquam ex discipulis ordinare ad augndum numerum , ordinabant ex primo ordine eum qui illic antecellebat. Et primarius ordinis secundi surgens considebat in loco infimo ordinis primi , ut ita compleretur ejus defectus . Pariter primus ordinis tertii sessum capiebat in loco infimo secundi . Dein seligebant ex populo suo reliquo unum , & collocabant eum in tertii loco infimo. Sic ipso usu discipuli jus addiscebant ; idoneique reddebantur, qui surrogarentur in locum morientium aut decrepitorum.

XII. Hæc ita ex Talmudicorum scitis perdocte, ut solet, differit *Seldenus* : sed quæ immane quantum absunt ab iis quæ suæ historiæ inseruit *Josephus* . Is enim *Antiq. Lib.* iv. *Cap.* viii. his verbis loquentem inducit Mosen. Ἀρχέσθωσαν δὲ καθ᾽ ἑκάστην πόλιν ἄνδρες ἑπτὰ οἱ καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν περὶ τὸ δίκαιον σπουδὴν προσησκηκότες. Ἑκάστῃ δὲ ἀρχῇ δύο ἄνδρες ὑπηρέται διδόσθωσαν ἐκ τῆς τῶν Λευιτῶν φυλῆς . Quod ita vertit *Sigismundus Gelenius : Oppidatim præsint septem Viri probatæ virtutis, & justitiæ cultores. Singulis Magistratibus attribuantur duo ministri de tribu Levitica*. Crucem hæc eruditis figunt. Quid enim dicendum ? Potuitne *Josephus* ignorare res tam manifestas, non sui solum populi, sed & suæ ætatis? Falline potuit, aut fallere voluit, circa numerum judicum, in singulis suæ nationis civitatibus? An & credibile est, *Talmudistas* in re tam liquida , tam incontestata , quamdiu reipublicæ suæ res stabant , tam constanter nil nisi somnia sua venditare, nulla mentiendi mercede?

XIII. Illustris *Grotius* quandam conciliationis rationem se invenisse arbitratur; neque abs re erit verba ipsius exhibere. Sic ergo ille ad Matth. v. 21. *Quum consessum istorum judicum Hebræi omnes dicant fuisse vigintitrium , mirum multis videtur, quod Josephus , quem patrii moris nihil latuit, septem solos statuere videtur . Sed mihi ipse Josephus hunc nodum*

dum videtur solvere, quum verbis sequentibus dicit: singulis magistratibus attribuantur duo ministri de tribu Levitica. Nam ἀρχὴν *intelligit singulos magistratum gerentes, quibus singulis bini erant additi assessores periti juris, quos Josephus* ὑπηρέτας *vocat, quod est Hebraice* שוטרים. *Septem ergo municipes loci erant judices; præterea Assessores* XIV., *qui ex Levitis maxime sumebantur. His supernumerarii accessisse videntur unus & alter.* Hactenus *Grotius*.

XIV. At, si verum fateri volumus, nodus insolutus manet. Primo enim admodum controversiæ mentis est, an Josephus per τὴν ἀρχὴν intelligat singulos magistratum gerentes, an vero officium magistratus, vel collegium ipsum septemvirale. Singulis enim concessos esse ministros duos, non aliunde liquet: Collegiis autem fuisse duos ministros scribas, res est certissima. Dein, durum est Judicibus adnumerare ministros. Neque enim שטרים aut ὑπηρέται ex numero Judicum unquam fuere. Nec inter collegas, quoad potestatem Judicialem, dignitas fuit dispar. Denique, concessis iis omnibus, quæ tamen vix concedenda esse videntur, remanet adhuc difficultas. Nam Grotii calculo non conficiuntur nisi XXI. Quæ de supernumerario uno aut altero addit, dicuntur gratis. Quid ergo? Non hic solum, sed & frequenter *Talmudicis* male cum *Josepho* convenit: maxime in hoc de Synedriis negotio. Quorum autem auctoritas præponderet, non vacat nunc decernere. Sufficiat observasse, non esse damnandos indoctæ pervicaciæ, quibus non lubet omnibus Talmudicorum de Judicibus suis narratiunculis adsurgere.

XV. Nos ad *Magni Synedrii* considerationem properamus: cujus gratia omnia hactenus quasi in antecessum dicta sunt. At illud imprimis diligenter est observandum: non ita fuisse collegia minora majoribus subordinata, ut ab illis ad hæc daretur provocatio. Suæ singulis caussæ demandatæ fuisse creduntur; ea lege, ut quod judicassent id ratum foret: Judicia Triumvirum de rebus pecuniariis, & quæ vitam non tangerent: & Vigintitrium virum, de capitalibus, & de vita quoque statuerent. De cætero coordinata fuisse dicuntur, non subordinata: quo clauderetur statim ruptura, neque per provocationem diutius ampliusve hisceret. Quinimo Synedrium Maximum non fuit ordinatum ad provocationes: quum non partes litigantes, sed Judices ipsi eo deferrent quod sibi difficile videbatur. Et hic quoque brevis controversiæ decisio fuit, cui obloqui nefas.

Quæ ex *Maimonide* post pauca ostendentur.

XVI. Nunc de ipso hoc Synedrio quanta possumus diligentia agamus. Non multum equidem novi habeo quo notabilem hanc Antiquitatis Judaicæ partem illustrem: sed ea quæ sparsim ab aliis adnotata sunt colligam, & ordine haud inconcinno disposita, Juvenibus meis compendio exhibebo. Omnium in hac materia diligentiam superavit stupendæ eruditionis Vir, *Johannes Seldenus*; spisso opere de *Synedriis Hebræorum*: at quod non nisi hominibus doctissimis scriptum videtur; ad captum & usum studiosæ Juventutis nequaquam est. Quod enim Maximi Viri pace dictum sit, adeo opus istud fartum est citationibus, adeo distentum excursionibus, doctis enimvero, quis neget? at prolixis sæpe, & aliquando parum ad rem quam tractat facientibus, intricatis etiam atque obscuris: eo denique scriptum charactere ac stilo, ut animum exigat longa exercitatione ad attentionem ac patientiam subactum, stomachumque multa tædia devorare idoneum. Nostri homines cum brevitate perspicuitatem amant, cujus enimvero laus debetur Viro Clarissimo *Johanni Leusdeno*, meo olim in Philologicis Præceptori facillimo. Is, in *Philologo* suo *Mixto*, *Dissertationem de Synedriis* publicavit; quam non possum quin hac occasione Lectori commendem. Non tamen me absterruit, quo minus hæc de novo commentarer. Tritum enim Hebræorum diverbium est; *qui Discipulum vetat post Magistrum sententiam dicere, is perinde agit, ac si filium familias arceret a cernenda hæreditate paterna.* Neque ægre erit Viro illi humanissimo, si quædam paullo liberaliori sermone fusius exsequar; in paucuiis etiam dissentiam. Ἄφθονοι αἱ Μουσῶν θύραι.

XVII. Eo autem processurus sum ordine, uti primo exponam quæ *Hebræorum Magistri*, & ex iis Christianorum doctissimi de *Synedrio Magno* tradidere; dein candide *animi mei sententiam* promam, quid in universa isthac historia vero consonum aut dissonum arbitrer.

XVIII. A *nominibus* ordiamur: quibus vel Senatus integer, vel Senatores singuli designati fuisse creduntur. Ubi principe loco occurrit nomen מחוקקים *Mechokekim*, in Jacobi vaticiniis, quibus filiorum fata canit, primitus usurpatum. *Gen.* XL. IX. 10. *Non recedet sceptrum a Juda* ומחוקק מבין רגליו, *& Legislator e medio pedum ipsius*. Pro ea voce *Onkelos* habet ספרא *scriba*. *Targum Hierosolymitanum*: מלפי אוריתא *Doctores Legis*.

Jonathan: ספריז מאלפי אוריתא *Scribæ docentes legem*. Etymologia hæc est. Derivatur מחוקק a חקק, quæ vox notat *scribere* sive *cœlo*, sive *calamo*: tum & *decernere*, *statuere*; quia statuta & decreta scribi solent. Sic *Jes.* x. 1. חקקי החוקקים און *statuentes statuta vanitatis*. *Prov.* VIII. 15. *Principes* יחוקקו *decernant justitiam*. Significare igitur potest מחוקק I. *Scribam*, qui versatur circa scripturam, sive adornandam, sive exponendam. II. *Legislatorem*, qui statuta ac decreta edit. Prius magis *Ecclesiasticum*, alterum magis *Politicum* esse videtur. At quum utraque potestas juncta fuerit in Mose, & in senioribus a Mose institutis, commode per מחוקקים intelliguntur *Seniores* & *Principes* populi Israelis, qui in cathedra Mosis sedentes legem interpretabantur, populumque ad illius observantiam adigebant. Ita Moses ipse dicitur מחוקק *Num.* XXI. 18. & Principes populi, חוקקי ישראל. Jud. v. 9. David etiam dicit: *Juda est* מחוקקי *Psal.* LX. 10. quia quum Rex ipse ex tribu Judæ esset, plurimi etiam, iique peritissimi, ex eadem tribu in senatum adsciti sunt.

XIX. Alias dicuntur זקני ישראל *seniores Israelis*. *Exod.* IV. 29. XV. 3. *Deut.* XXXI. 9. Palam est, nomen illud per se *ætatem* notare, attamen cum connotatione *auctoritatis* & *potestatis*. Cujus antiquissimum exemplum habemus *Gen.* XXIV. 2. Dixit Abraham אל עבדי זקן ביתו המושל על כל אשר לו, *ad servum*, *Presbyterum*, *seu seniorem domus suæ*, *qui præerat omnibus quæ illi erant*. *Targum Hierosolymitanum* exponit, עבדיה שליטא, *servus ejus principalis*, vel *dominans*. Nec apud Hebræos solum, sed & plerosque alios Orientis populos, nomen senioris nomen auctoritatis fuit. Sic legimus de *servis Pharaonis*, *senioribus domus ejus*, & *cunctis senioribus terræ Ægypti*. *Gen.* I. 6. Et de *senioribus Midian*, & *Moabitarum*. *Numer.* XXII. 4. 6. Alia quamplurima huc facientia congessit *Seldenus de Syned. Lib.* I. *Cap.* XIV.

XX. Illud vero imprimis observandum, quod post legem latam singulari ratione & ceremonia nonnulli cooptarentur in ordinem seniorum. Nimirum quibusdam ætate & sapientia venerabilibus, per *manuum impositionem*, quam סמיכה vocant, concedebatur *Potestas* sive *Licentia* caussas quaslibet Juris Hebraici cognoscendi: non ita, ut ista creatione sibi quis nancisceretur potestatem judiciariam actu mox exercendam; sed ut declararetur capax præfecturarum juridicarum, atque ex ordine seniorum, nec aliter rite, in ordinem Judicum, sive Maximi, sive Minoris Synedrii, cooptari posset. Expressus in hanc rem *Maimonides est*. *Sanhed. Cap.* IV. *Parile jus spectat ad Synedrium quodlibet Minus*, & *Forum Triumvirale*, *in hoc scilicet*, *ut oporteat quemlibet eorum qui in illa cooptantur creari per manuum impositionem ab alio qui sic ante creatus fuerit*. *Moses Magister noster ita creavit Jehosuam*, *juxta id quod scriptum est Num.* XXVII. 23. *Et manus suas imposuit ei*, & *præcepit ei*. Est ergo hæc סמיכה הזקנים, *impositio manuum qua quis creatur senior*. Eoque putant Paulum respexisse 1. *Tim.* IV. 14. quando Timotheo adscribit ἐπίθεσιν τῶν χειρῶν τῦ Πρεσβυτερίυ. Quidquid sit, videmus conjugi τὸ Συνέδριον καὶ πᾶσαν τὴν γερυσίαν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ. *Act.* IV. 21. Totumque Judicum consessum vocari Πρεσβυτήριον *Act.* XXII. 5. Et Πρεσβυτήριον τῦ λαῦ. *Luc.* XXII. 66. Breviter, si observationi huic debeat esse locus, non omnes quidem qui manuum impositione seniores creati erant fuere Senatores; omnes tamen Senatores prius in seniorum ordinem cooptari oportuit.

XXI. Propria admodum est vox שופטים *sofetim*, *Judicum*, de quibus aliquando ut de pluribus, nonnunquam signate veluti de uno, loquuntur sacræ literæ. Sic edicit Moses *Deut.* XIX. 17. *Tunc sistent se duo viri*, *quorum fuerit controversia*, *coram Jehova*; *ante Sacerdotes* & *Judices*, *qui erunt in diebus illis*. Et 2. *Chron.* XIX. 5. narratur, Josaphatum constituisse *judices in ea regione per omnes civitates Judæ munitas*, *cuique civitati*. Id exponunt de Collegio Vigintitriumvirali. comentar. 8. *Atque etiam Hierosolymis constituit Josaphat e Levitis* & *Sacerdotibus*, & *Primoribus paternarum familiarum Israelis*, *ad Judicia Jehovæ*, & *ad lites*. Hoc intelligunt de Synedrio Magno. At *Deut.* XVII. 9. in hæc verba præcipit Dominus: *Adibis Sacerdotes Leviticos vel Judicem*, *qui erit diebus illis*; *ut consulas eos*, & *indicent tibi statum illius judicii*. Iterumque com. 12. *Vir autem ille qui commiserit superbe*, *ut non auscultet Sacerdoti constanter ministranti Jehovæ Deo tuo*, *aut Judici*; *utique morietur vir ille*. Grotius cum aliis id interpretatur de Judice aliquo extraordinario, quem Deus cœlesti indicio populo præfecerit, qualis fuit Josua, Gedeon, Jephtes, Samson, Samuel; quibus etiam citra Senatum judicandi jus fuerit. Hæc igitur, secundum ipsum, Dei mens esset: ut a judicibus civitatum, si quid incidisset obscurius, quod aut juris subtilioris, aut etiam medicinæ peritiam desideraret, adeatur Pontifex Maximus, ut eru-

eruditione præstans, sive is qui a Deo excitus *Suffetis* dignitatem obtineret. Ad utraque enim tempora Deus sermonem accommodat. Horum responso parere omnes, tum minores judices, tum privati, jubebantur: proposita etiam mortis pœna in contumaces.

XXII. Porro de Judice illo ita ad hunc locum commentatur: *Ubi in singulari ponitur numero solet significari Interrex Divinitus constitutus, quales sunt qui nominantur in libro* שופטים. *Tales interreges & apud Tyrios fuere, eodem nomine* שופטים, *quod nomen Josephus acta Tyriorum in Græcum vertens, adversus Appionem Lib.* I. *vertit* δικαστάς. *A Tyriis idem nomen venit ad Carthaginienses, Tyriorum traduces, apud quos summi magistratus dicti suffetes, ut ex Calidio nos docet Festus. Summum Magistratum dixi cum Livio; qui & alibi eorum imperium ait fuisse veluti consulare. Suffetes pro sophetim est, aut ex molliori pronunciatione, qualis erat Ephrataeorum Jud.* XII. 6. *aut corruptum per Latinos Scriptores. Isti vero apud Hebræos* שופטים *plane similes erant Romanis Interregibus, ac postea Dictatoribus, neque a Regibus Hebræis ulla re differebant, præter quod satellitium ac pompam regiam non habebant, ac propterea nec tributa nec vectigalia exigebant. Tales autem* δικασταὶ, *quum a Deo dati essent, ac ob id donis instructi propheticis, unde & Prophetas eos vocare solet Josephus, tuto sane consuli poterant: sed quia non omni tempore tales erant futuri (hoc enim vult quod adjicitur, qui erit illo tempore, id est, si quis erit) voluit Deus pro illis consuli Synedrium, compositum ex hominibus eruditissimis, totum populum referens.* Hæc *Grotius*.

XXIII. At alia longe mente interpretantur Talmudicæ doctrinæ sectatores, qui in hoc quoque Judice Synedrium suum Magnum, illiusve Præsidem deprehendunt. Putant enim Judicis nomen, singulari licet numero positum, consessum Judicum, vel saltem illius Principem significare. *Maimonidem* audiamus *Tractat. de Rebell. Cap.* I. *Sect.* IV. *Si quod dubium alicui in Israele oriatur, consulit Synedrium quod in sua est civitate. Id si exsolvere eum difficultate queat, recte: sin, ipse qui interrogat, una cum Synedrio, illiusve delegatis adscendit Hierosolymam, rogantque Synedrium quod ad montem Templi est. Hoc si negotium expediat, bene habet; sin minus, omnes veniunt ad Synedrium quod est ad Atrium Templi; quod, si possit, difficultatem enodat. Si non possit, cunctis simul consulendum erat Synedrium Magnum; inque illius determinatione acquiescendum omnibus.*

XXIV. Quod autem dicit Deus: *Judex qui erit diebus illis*, id ita exponunt. Si Synedrium Magnum caussam aliquam judicio suo determinaverit, ex animi sui religione; aliique labentibus temporibus Judices in eodem Synedrio, eandem caussam aliter deciderint, ob rationes quæ sibi probabiliores videntur, prioremque sententiam retractarint, eam retractatam censeri: singulas vero sententias vim suam obtinere quo tempore latæ sunt. Et hanc quidem interpretationem si sequamur, præter rem est quidquid de extraordinario *Suffete*, quantumvis erudite, commentatur Grotius.

XXV. Uti nec hoc usquequaque certum, an Tyriorum & Carthaginiensium *Suffetes* ab Hebræis *Sophetim* sic dicti sint. *Scaligeri*, *Drusii*, *Seldeni*, haud improbabilis conjectura est, etymon illius vocis esse ad Hebræo צפה, *Sufe*, quod est *speculator*, *Ephorus*, *Epoptes*, *Episcopus*. Nam Pœnorum summus Magistratus numero singulari dicebatur *Sufes*. *Festus*: *Sufex dictus Pœnorum Magistratus*. Et Paulus *ibid. Sufex, consul: lingua Penorum*. *Seneca* etiam *de Tranquillitate: Cap.* III. *Non vis, nisi Consul, aut Prytanes, aut Ceryx, aut Sufes, administrare rempublicam.* Idem evincunt inscriptiones æreæ Africanorum, quas exhibet Seldenus. Jam vero *Sufes* non tam commode deduciter a שופט, (insolens enim est ט mutari in S) quam a צופה; nihil enim frequentius, quam verbis in E desinentibus S in fine jungi. Drusius confidenter, suo more: *Sufe*, inquit, *Sufes, ut Mamre, Mamres; Hause, Hauses; Jamre, Jamres. Græci enim nominibus in a, e, aut u desinentibus addunt* σίγμα. *Nihil certius*. Mihi tanta confidentia non admodum allubescit. Dixerim potius: hæc non improbabiliter. Quamvis difficultas aliqua in numero plurali sit. Nam a צופה est צופים *Sufim*: a quo multum recedit *Sufetes*. Eam tamen difficultatem expedire videtur *Seldenus*; observans, terminationem eam pluralem ex Latinæ potius quam Punicæ linguæ genio esse: Latini enim, sicut ex *magnes*, *Magnetes*, ita ex *Sufes* fecerunt *Sufetes*. At hæc propter viam.

XXVI. Recentiora hujus Consessus nomina sunt בית דין הגדול *Domus Judicii Magni*, & סנהדרין *Sanhedrin*: cujus vocis etyma nugatoria ex sua lingua Hebræorum aliquot Magistri arcessunt. Sunt qui compositum esse ineptiant ex סן & הדרין *San* autem dicunt notare *legem*, in Sinai datam, quasi *San* ex *Sinai* esset. *Haderin* vero *repetentes*, quod repete-

terent legem, eam interpretando, & pulcre explicando atque applicando. Alii nugantur, Senatores סנהדרין dici, quod סונאין הדרת פנים בדין *odio habeant acceptionem personarum in judicio*. Alii denique, quod sint שונאי דורונות *osores donorum*. Quisquiliæ. Palam est, vocem esse Græcam, quam post Macedonum regnum, ut alias multas, transsumserunt, ad suæ linguæ genium aliquantulum inflexam.

XXVII. Συνέδριον autem Græcis significat, vel ipsum *consessum Judicum*, ut *Matth.* XXVI. 59. *Act.* V. 21. Vel *locum consessus*, sive *Curiam*. Sic *Herodianus de Pertinace*. *Lib.* II. *cap.* III. ἡμέρας οὖν καταλαβούσης, κατῆλθεν ἐπὶ τὸ συνέδριον τῆς βουλῆς. *Igitur postquam diluxit, in curiam se contulit*. Rursus. *Lib.* VII. *cap.* X. συνῆλθον οὖν οὐκ ἐς τὸ συνήθες συνέδριον, ἀλλ' ἐς τὸν τοῦ Διὸς νηὼν καπετωλίου. *Convenerunt igitur, non quidem in Curiam, quo antea consueverunt, sed in templum Capitolini Jovis*.

XXVIII. Doctissimus *Schickardus de Jure Regio Hebræorum Lib.* I. *theor.* II. existimat Synedros dictos quoque fuisse אנשי כנסת הגדולה *Viros Synagogæ Magnæ*, inter quos fuerit Ezras, cum Daniele, Haggæo, Zacharia, Malachia, aliisque eorum temporum Viris Illustribus. Cæterum ille cœtus a Synedrio erat diversissimus. Constitisse enim dicitur non LXXI. sed CXX. viris. Neque erat ordinarius; sed desiit in Simeone Justo, qui Alexandro M. factus est obviam. Quod contigisse supputatur Anno XL. ab exstructo Templo secundo. Denique destinatus erat uni alicui operi, nimirum instaurandæ Scripturæ, & Ecclesiæ ex Babylone reduci. Non vacabat ordinariis judiciis, neque præsidebat regimini populi. *Vid. Buxtorf. Tib. Part.* I. *cap.* X.

XXIX. Imo non desunt Viri harum rerum callentissimi, qui suspicantur nullam unquam talem Synagogam Magnam fuisse; sed adnumerandam eam esse Pharisæorum commentis. Judiciose hac de re ad *Perizonium* scripsit *Jacobus Altingius Op. T. V. pag.* 382. *Epist.* LIX. *Id*, inquit, *animadverto, quemadmodum a Parkero De Desce. Chr. ad Inf. Lib.* IV. *observatum, Patres olim, quidquid auctoritatem habere voluerunt, atque usu diuturno observatum viderunt, cujus tamen primum auctorem ignorarunt, sub nomine Apostolicæ traditionis commendasse; sic quoque quæ inter Judæos vigebant incerti auctoris instituta, Viris Synagogæ Magnæ fuisse tributa, quæ tamen revera non nisi humanam originem habent, & inter Pharisæorum traditiones principem tenent locum, sub falso titulo ad Θεοπνεύστους relata. Synagoga Magna enim nec uno tempore nec uno loco vixit, eoque Synagoga non fuit, verum commentum est Traditionariorum, qui nullum alioqui nexum παραδόσεως reperire potuerunt.* Adeo lubrico fundamento historiæ Judaicæ moles nititur, etiam quoad eas sui partes, quibus, uti exploratissimæ veritatis, plurima maximaque alia superstrui solent.

XXX. Cæterum a *nominibus* ad rei ipsius considerationem progrediamur: eaque quæ imprimis sunt memorabilia ad certa capita referamus. Præcipue itaque attendi merentur hæc sequentia. *I. Synedrii M. institutio. II. Personæ in illud cooptandæ. III. Cooptatio ipsa. IV. Auctoritas hujus Senatus. V. Locus Consessus. VI. Tempus. VII. Continuatio ac successio Synedrii.*

XXXI. *Institutio Synedrii M.* secundum *Grotium* multosque alios Viros Doctissimos, tam ex Hebræis, quam ex Christianis, in hunc se modum habet. Sicuti in memoriam XII. filiorum Israelis factæ sunt Tribus XII. totidemque Phylarchæ, sive Tribuum præfecti; ita in memoriam eorum Capitum quæ Jacobus in Ægyptum adduxit, LXX. vel LXXII. præfecti sunt populo qui res eorum curarent, quantum regia imperia permittebant. Hi ab ætate ex qua legebantur *senes* sunt vocati, unde apud Græcos γερουσίας, apud Romanos *Senatus* vocabulum. Apud hos senes, ante alios, jubetur Moses mandata exponere quæ a Deo acceperat. *Exod.* III. 19. quod & fecit *Exod.* IV. 29. Ex horum numero & illi videntur fuisse, a quibus Ægyptii ἐργοδιῶκται quotidiani laboris rationem exigebant. *Exod.* V. 14. Postea, ex Jethronis consilio, in deserto constituti sunt judices, qui de minoribus judicarent caussis, majorum cognitione Mosi reservata. *Exod.* XVIII. 21. 26. Manserunt tamen antiqui illi LXX. qui universum populum Israeliticum repræsentarunt in solemni fœderis confirmatione, & quos conspectione gloriosæ majestatis suæ honoravit, mensæque admovit ipse Deus. *Exod.* XXIV. Attamen accisa admodum, aut nulla prorsus judicandi potestate erant prædit: cujus rei indicium est, quod Moses jussus ad montis verticem accedere, propiore numinis commercio fruiturus, edixerit Senioribus, *sedentes nos exspectate hic, usque dum revertamur ad vos. Ecce autem Aaron & Hur vobiscum, qui habebit aliquid dicendum, accedat ad eos.* Ubi aperte Moses pro absentiæ suæ tempore suas judicandi partes, non illis LXX., sed Aaroni & Huri delegat.

XXXII. Aliquanto demum post tempore,

pore, quum quereretur Moses, isti quoque supremorum judiciorum ac relationum oneri se non sufficere, ita ad eum locutus est Deus: *Num.* XI. 16. *Congrega mihi* LXX. *viros e senioribus Israelis, quos nosti esse seniores populi, & moderatores ejus, & adsumtos adducito eos ad tentorium conventus ut sistant se ibi tecum.* Unde apparet, eos jam tum curam rerum populi habuisse: at nunc eos Deus Spiritu novo, judiciali scilicet, instruens, jubet partem oneris ferre, quod solus Moses hactenus sustinuerat: id autem est, ut diximus, supremorum judiciorum & relationum. Atque hæc creditur esse prima, solemnis, & Divina quidem Synedrii Magni institutio.

XXXIII. Notatu minime indignum judicarunt Viri Doctissimi, quod quo tempore LXX. Hebræorum Judices constituti sunt in deserto, eodem fere tempore instituti sint apud Græcos Judices Areopagitæ, qui de caussis maximis, tum criminalibus, tum civilibus, cognoscerent. Eduxit enim Moses ex Ægypto populum Dei regnante Cecrope Atheniensium Rege, ut plerique consentiunt Chronologi. Porro sub eodem Cecrope, referente in Chronicis Eusebio, Ἄρειος πάγος ἐκλήθη, καὶ δικαστήριον κατέστη. *Areopagus nomen sortitum est, & Tribunal ibi constitutum.* Tanta vero Areopagiticæ illius curiæ fuit auctoritas, splendor tantus, ut πάντων εἰκότως διενεγκεῖν τῶν ἐν τοῖς Ἕλλησι Συνεδρίων, *universis totius Græciæ Synedriis merito antecelluisse*, *Isocrates* in *Areopagitico* auctor sit.

XXXIV. In *personis* Synedrium Hebræorum constituentibus expendenda hæc tria sunt. I. *Numerus*. II. *Tribus*. III. *Requisitæ qualitates*.

XXXV. De *Numero* sic differit *Cæsar Baronius ad Annum* XXXI. §. 10. *Erat quidem apud Judæos ex Senioribus atque Magistratibus conflatum Collegium, quod ab illi Synedrium dicebatur, constabatque ex* LXXII. *viris. Hujus originem a* Deo *per Moysen institutam habes in libro Numerorum. Cap.* XI. *quando Deus Mosi præcepit ut* LXX. *viros deligeret quos Senes & Magistros populi esse nosset. Hoc Seniorum collegium, junctis duobus aliis, qui Heldad & Medad personas agerent (qui licet remansissent in castris, eodem tamen adflati spiritu prophetarant) num.* LXXII. *semper perseveravit in posteris.* Eandem sententiam ex Romano-Catholicis multi; ex Protestantibus etiam *Drusius* & *Grotius* tuentur. Hebræorum vero constans traditio est, omne Synedrium Magnum constitisse Viris LXX., quibus præficiendus Princeps, quemadmodum Moses præfectus primis LXX., iisсum confecit numerum LXXI. Atque hanc opinionem uti veriorem multis argumentis confirmat *Seldenus de Syned. Lib.* II. *Cap.* IV.

XXXVI. Nullo *tribuum* Israelis discrimine in Senatum legebantur, quos tantæ dignitati idoneos esse constabat. Et sane primos illos LXX. universum Israelem repræsentasse, modo a nobis observatum est. *Sacerdotum* tamen præcipuas hic partes fuisse, colligere est ex *Deut.* XVII. 8. non natalium jure, aut functionis Sacerdotalis præjudicata dignitate, sed quia cæteris censebantur esse aptiores. Et credibile est initio Reipublicæ plerosque aliarum tribuum se onerosæ isti dignitati sponte subduxisse: quæ sibi importuna, Sacerdotibus autem & Levitis longe oportunior erat. Nimirum adita ab Israelitis Cananitidos possessione, quum cuique sui agri colendi obtigissent, horum cultura ita distinebantur, ut non luberet ipsis publicis vacare judiciis, cum neglectu & detrimento rei familiaris. At tribui Levi universæ nulla terræ portio colenda obtigerat; sic ut excusatione hac uti non posset. Convenientius itaque vacabant publico, quibus otium ab agricultura erat. Atque hæc quidem prima ratio est: cui accedit & altera. Otium illud Levitis occasionem dabat meditandi legem Dei, & se illius studio exercendi, præsertim quum ordinatione Divina populi Doctores constituti essent. *Deut.* XXXIII. 10. Unde necessitas ipsis imposita est comparandi sibi promtam Divinarum legum & judiciorum peritiam. Sed & nec tertia caussa deest. Consessum hunc ei adstrictum fuisse loco ubi Dei erat Tabernaculum, post aliqua docebimus. Sacerdotibus autem, ut & Levitis, magno semper numero commorandum fuit circa Sanctuarium, ad ministerium ipsis impositum; adeo ut vi muneris sui istic cogerentur habitare, ubi habendus erat consessus. Quod aliis longe fuit incommodius. Denique functioni ipsi stata stipendia nulla erant, neque ulla fisci actio, ut mulctis frui possent. Hinc non ita judicis munus ambiebatur, quod sine emolumento erat, imo cum jactura rei familiaris conjunctum. Levitica vero tribus, & Sacerdotes, amplos imprimis habebant reditus, decimas nimirum de universo proventu, & oblationes alias, per quas abunde ipsis erat prospectum. Merito itaque Sacerdotibus & Levitis demandatum fuit judicandi munus, sic certe ut maximum numerum facerent. Atque hæ demum veræ hujus rei caussæ sunt.

XXXVII. Alioquin Levitis & Sacerdoti-

dotibus quà talibus, nullum per se jus erat ad Synedrium, præ ullo reliquorum Israelitarum. Ne ipse quidem Pontifex, virtute sui Pontificatus, Synedrii membrum erat, nisi idoneus habitus, legitime in id adscitus fuisset. Imo si Sacerdotes & Levitæ non reperirirentur idoneis dotibus instructi, אפילו היו כלם ישראל הרי זה מותר, *etiam si constaret totus Senatus aliarum tribuum Israelitis, bonum hoc & licitum erat*: sciscente *Maimonide Sanhed. cap.* I.

XXXVIII. David videtur ex tribu Judæ multos in Senatum allegisse, quos aulæ commercium rebus gerendis pares fecerat. Atque huc pertinere creditur quod exstat *Ps.* LX. 10. *Juda est Legislator meus*. Tempore Josaphati Senatus constabat tam Sacerdotibus quam aliis Viris Principibus, primoribus paternarum familiarum. Nominatim laudantur *Amarias, Sacerdos Primarius, Antecessor in omni negotio Jehovæ, & Zebadias filius Ismaelis, Antecessor in domo Jehudæ, in omni negotio regio*. 2. Chron. XIX. 8. 11.

XXXIX. Alibi tamen videtur Collegium *Sacerdotum* a Collegio *Principum* distingui: nam Sacerdotes & Prophetæ Jeremiam ut capitis reum ad necem postularunt, quem tamen *Principes domus Jehudæ, considentes ad ostium portæ Jehovæ recentioris*, absolverunt. *Jerem.* XXVI. 10. 11. Ad eam difficultatem tollendam duo respondet *Grotius*. I. Posse videri magis esse disputationem collegarum inter se, qualis describitur *Joh.* VII. 10. *Act.* V. 35. quam legitimam accusationem, judicantibus aliis. II. Multos fuisse Sacerdotes extra Senatum, & si qui eorum accusatoris personam susceperint, sibimet judicandi ademisse potestatem.

XL. At quamvis omnibus Viris honoratis aditus ad Synedrium pateret, *Regem* tamen excluserunt. Sic enim *Maimonides Sanhed. cap.* II. §. 4. *Non adsciscitur Rex Israelis in Synedrium, quoniam non permittitur ab eo dissentire, aut contradicere verbo ejus. Sed tamen adsciscunt Pontificem Maximum, si modo sapientia ejus dignitati non sit impar. Reges stirpis Davidicæ, tametsi nec ipsos in Synedrium adsciscere solerent, tamen sedebant etiam ipsi & judicabant populum.*

XLI. Illud denique notatu dignum, quod solum omnibus, sine tribuum distinctione, Israelitis accessus in Synedrium esset; sed & ipsi *Proselyti* admitterentur. Quod Talmudistæ probant exemplis posterorum *Jethronis*, & *Sanheribi*. Jethro Midianita fuit; & tamen meruerunt posteri ejus ut sederent in conclavi cæsi lapidis. *Semaja* & *Abtalion* Babylonicæ fuerunt originis, Sanheribi progenies, & tamen Rectores Academiæ & Præsides Synedrii fuere. *Sanhed. cap.* XI. Vide & *R. Abraham in Kabbala fol.* 27. *cap.* 4.

XLII. Qualitates in Judicibus requisitas dupliciter describunt Magistri. I. Ἀρνητικῶς. II. Θετικῶς. Negant legitime in Synedrium cooptari I. Senio confectum. Quod non tam ab annis æstimabant, quam a virium corporis sive animi defectu. Nam Celeberrimus ille ac longævus *Rabban Jochanan, Ben Zacai*, octogenarius in Synedrorum numerum cooptatus, ad CXX. ætatis annum judiciis intererat, tandem etiam Synedrii M. Princeps. II. Eunuchum, sive Eviratum, quoniam crudeliores esse censentur; non ab Hebræis solum, sed & Romanis. Sic enim *Claudianus Lib.* I. *In Eutrop.*

> --- *Eunuchus nulla pietate movetur,*
> *Nec generi natisve cavet: clementia cunctis*
> *In similes, animosque ligant consortia damni.*

III. Eum cui proles desit, quæ ad misericordiam excitare solet. IV. Qui justam ætatem nondum attigit. In ea autem definienda discrepant Magistri. Glossa Talmudica ad *Gemar. Babyl. Sanhed. cap.* X. *neminem rebus decernendis idoneum esse ait, antequam attigerit annum* XL. At R. Abihu, nomine R. Jochanan, ubi de judiciorum pecuniariorum & capitalium discrimine agitur, sic censet: *Etiam viginti annis minor, aut cui nondum excreverint bini pubertatis pili, rite exercet judicia pecuniaria, neutiquam vero capitalia*. An vero exacto anno vigesimo, mox per ætatem judiciis capitalibus idoneus habitus fuerit ab his qui sic sunt locuti, non admodum liquet. Probabilis est *Seldeni* conjectura: *Legem de* XL. *annis regulariter fuisse servatam, ut ubi Juris scientia insignior ætatem suppleret, etiam minores cooptarentur*. V. Eum qui non exercet artem societati humanæ utilem. Nam illicitum habetur homini omnino se exercere aliis in rebus, אלא או בתורה ונמילות הסדים או בסחורה ואומנות ומלאכה שיש בהן ישוב של עולם *præter quam vel in Lege & officiis humanitatis, aut mercatura, aut artificio, aut opere aliquo quod bono publico conducat*: uti ex Veterum scitis docet *Obadias Bartenorius*. VI. Eum qui insigni corporis deformitate laborat. Verbi gratia, si cœcus, vel monoculus esset.

XLIII. E contra in Adsessoribus Synedrii Magni requirebant hæc sequentia. I. Ut sint בעלי קומה. *Egregia statura*. II. בעלי חכמה. *Egregia sapientia*. III.

בעלי

בעלי מראה : *Egregia forma* . IV. בעלי זקנה . *Justæ ætatis ad seniem vergentis* . V. בעלי כשפים . *Magiæ non rudes* . VI. יודעים בשבעים לשון *Callentes* LXX. *linguas*, ne opus sit per interpretem audire . Quod Magiæ peritiam requirant, eleganter exsibilat *Cunæus* , *de Republ. Hebr. Lib.* I. *cap.* XII. Quæ de LXX. linguarum peritia addunt , non solum prodigiosa , sed , & absurda , inepta , prorsusque ridicula sunt . Nam LXX. præcise linguas in mundo exstare , Rabbinicum suaviludium est ; unum vero tot linguarum cognitione instructum esse, humanitatis sortem superat ; nedum ut tantam peritiam omnes & singuli consecuti fuerint Senatores . Neque cum Talmudico hoc scito convenit Josephus, de interdicto apud suos linguarum peregrinarum studio differenti. *Ego*, inquit, gentis suæ more, satis jactanter : *Ego enim tribulium meorum confessione disciplinas patrias egregie calleo* , *Græcanicæ quoque literaturæ non sine profectu dedi operam , quamvis exquisitam pronunciandi rationem assequi per patriam consuetudinem non licuit. Nostri enim homines non suspiciunt eos qui multas perdidicerunt linguas, quod studium profanum apud ipsos habetur* , *&* *servis commune cum ingenuis. Solos autem sapientes suo suffragio pronunciant* , *qui Legis & sacrarum literarum tantam assecuti sunt peritiam, ut eas interpretari valeant. Antiq. Lib.* XX. *Cap.* IX. Neque dubito , quin Josephus hic præ Talmudistis mereatur fidem.

XLIV. *Cooptatio* Judicum in Synedrium partim *Electione* constabat, partim *Electorum initiatione* . *Electio* antiquissima hoc modo facta esse perhibetur. *Gem. Sanhed. Cap.* I. §. VI. Quum Mosi ita a Deo dictum esset : *Congrega mihi* LXX. *viros e senioribus Israelis* ; cogitavit, quo modo id esset effecturus. Nam, inquit , *si senos ex quaque tribu legam* , *supererunt duo* . *Si quinos* , *deerunt decem. Si ex una tribu quinos* , *ex alia senos* , *invidiam inter eas conciliabo* . Quid egit ? Legit senos ex singulis , deinde LXXII. pittacia , quorum LXX. inscripta voce *senior* , duo pura erant , confusim in urnam indidit, & singulos singula educere jussit. Cui obvenisset *senior* , dixit : *jam pridem te sanctificavit Deus*. Cui pura tabella , *Deus non expetit te ; quid faciam tibi ?* Hæc eligendi ratio omnium prima atque antiquissima est.

XLV. Labentibus ævis , ubi rebus pacatis in terra sua frui Hebræis datum est, ita in Synedrium M. adscitos Senatores ferunt: mittebantur quidam e Synedrio M. per universam terram Israelis , inquisituri , quis sapiens esset, timens peccati, mansuetus , probatæ sagacitatis in rebus discriminandis , & apud populum gratiosus . Virum ejusmodi faciebant in urbe sua judicem . Inde evexerunt eum ad Synedrium XXIII., quod ad introitum montis Templi sedebat . Hinc cooptabatur in illud quod sedebat ad ostium Atrii: atque inde demum ad Synedrium M. Aliquando etiam extra ordinem cooptati surrogatique sunt Judices a Regibus, aliisque quibus rerum summa commissa fuit, quum collegia post deliquium aliquod instaurarentur . Ubi non suffragia tantum , sed & aliquando sors adhibebantur: si fides *Philoni* , περὶ δικαστοῦ.

XLVI. *Initiatio* sive *Ordinatio* electorum facta est per *impositionem manuum* ; quam existimo distinctam fuisse ab ea qua quis creabatur Senior. Hac enim , uti supra monui , non conferebatur dignitas Senatoria ; sed solummodo declarabatur eum hominem idoneum esse qui in Senatorum ordinem adsciscí posset . Derivant autem cerimoniam istam a Mose , ea ratione Josuam muneri suo initiante . *Num.* XXVII. 23. Fiebatque hæc manuum impositio , sive a *Triumviris* , a Synedrio ipso in eam rem constitutis; sive a Synedrio integro ; sive denique a Senatore unico , alios sibi duos collegas adsciscente . Ab *Hillelis* tempore obtinuit, ut nemo pro legitime ordinato haberetur sine Principis collegii auctoritate: triumvirorum tamen numero in qualibet ordinatione rite observando . Manuum impositioni hæc solebant addi verba: אני סומך אותך ותהי סמוך *Ego ordino te*, *&* *esto ordinatus*. Nefas fuisse censent ritum hunc extra terram Sanctam peragere : quippe cujus vis omnis Palæstinæ finibus inclusa foret.

XLVII. Tandem hæc manuum impositio , quæ usitata diu fuerat, cessavit. Recitatum enim duntaxat carmen quoddam conceptis verbis est ; quod Maimonides fuisse ejusmodi ait : הרי אתה סמוך ויש לך רשות לדון אפלו דיני קנסות : *Ecce tu ordinatus es* , *daturque potestas tibi judicia exercendi*, *etiam Criminalia*.

XLVIII. Hactenus de *Membris* Synedrii M. disserui . Omitti non debet, præ cæteris omnibus eminuisse , *duos* , aut, ut aliis placet , *tres* . Quorum primus fuit *Præses*, qui dictus est נשיא בכל מקום *Princeps omni loco* , vel נשיא *Princeps* simpliciter, aut ראש *Caput* , aut מופלא *Admirabilis* . Alter ab illo, *Vice-Præses* , dictus אב בית דין *Pater domus Judicii* . Cujus sedes erat a dextra Principis. Addunt nonnulli tertium, dictum החכם *Sapientem*, cujus locus fuerit a sinistra Principis.

XLIX.

XLIX. Disertum in hanc rem testimonium ex Glossa Talmudica protulit *Coccejus*, in *Notis ad Sanhed. Cap.* IV. *Num.* XIII. *Nasi, seu Princeps is est, qui interpretandæ publice Legis auctoritatem habet. Pater domus Judicii, is Judicum Antecessor, cujus ore lites deciduntur. Sapiens is dicitur, qui inter Doctores præcellit, cum quo de agendis communicatur, peritus sensuum & rationum Legis. Is ad lævam Principis sedet. Tria hæc munera moriens R. Jehuda Sanctus ita distribuit, ut Gamalielem filium suum Principem constitueret, Sapientis personam alteri filio Simeoni legaret, Patrem autem Senatus Rabbi Chaninam faceret.* Tribus hisce, pro gradibus Dignitatis, exhibiti quoque honoris gradus sunt. *Principi* intranti omnis populus adsurgit, neque resident, priusquam ipse jubeat. *Pater Senatus* ubi intrat, duobus hinc inde ordinibus surgentibus excipitur. *Sapiens* quando intrat, unus surgit, alter sedet.

L. *Auctoritas* hujus Synedrii longe maxima fuit, sive *res* considerentur quas vertractabant, sive *personæ* circa quas versabantur, sive denique *sententiæ* pronunciatæ *valor* atque efficacia.

LI. *Res* de quibus in Synedrio M. agebatur, omnis generis erant, Privatæ, Publicæ; Ecclesiasticæ, Politicæ. Ita enim Ecclesia immista erat Politiæ, ut utraque unum constituerent corpus; & forma Regiminis esset *Theocratica*, ubi summum Imperium penes Deum erat, reliqui Magistratus non nisi Dei Ministri. Qua de re alibi ex professo egi. Senatoribus itaque curæ fuit per omnem Judæam ire, conventus populi lustrare, in oppidis Magistratus condere: de bello gerendo, de hostibus profligandis, de proferendo imperio deliberare. Iisdem quoque Regis creandi potestatem Talmudistæ attribuunt. Sed & religionis negotium iis commissum fuisse constat. Credunt Cabbalam aliquam, sive mysteriorum doctrinam, jam inde ab initiis Reipublicæ, per manus traditam esse, cujus vis omnis auctoritasque penes ipsos erat. Tum & eorum fuit, statuta quædam de rebus sacris condere, & modos quosdam comminisci, quibus Lex exponeretur. Pleraque eorum quæ a Synedrio M. statui oportebat his verbis complexus est *Maimonides: Non constituunt Regem nisi de sententia Synedrii M.* LXXI. *virorum. Non ordinant judicia minora singularum tribuum vel urbium nisi ex eorundem* LXXI. *ore. Non damnant totam tribum expellendam, nec Prophetam mendacem nec Pontificem capitali supplicio, nisi in eodem Senatu Magno. At pecuniæ res a tribus judicantur. Non vero declarant senem rebellem, nec evertunt civitatem Apostaticam, nec potant adulterii suspectam aquis amaris, nec ampliant urbem aut atria, nec egrediuntur* למלחמת הרשות *in bellum potestatis*, (id est, bellum spontaneum, ultroneum, aut arbitrarium quod suscipitur כדי להרחיב גבול ישראל ולהרבות גדולתו ושמעו *ut dilatentur termini regni Israelitici, & augeatur ejus magnitudo ac fama) aut ut metiantur situm occisi, nisi de voluntate Consistorii sæpius memorati, sicut dicitur Exod.* XVIII. 22. *Quidquid Magnum est adducant ad te. Vid. Schick. de Jure Reg. Cap.* I. *Theorem.* II. Et *Cocceji Sanh. Cap.* I. §. V.

LII. *Personæ* quæ jurisdictioni Synedrii M. suberant, erant cujuscunque generis ac dignitatis, ne *Prophetis* quidem aut *Pontificibus*, imo, si Rabbinis fides, nec *Regibus* exceptis. De *Pseudo-Propheta* hæc exstat Judaici juris cautio: *Non morte mulctant Pseudo-Prophetam in consessu qui est in urbe sua; nec in consessu qui est in Jabneh, sed adducunt eum ad consessum Magnum qui est Hierosolymis, & reservant eum ad aliquod festum. Atque interficiunt eum in festo, sicut dicitur, & omnis Israel audient, & metuent, & non pergent amplius ad eum modum facere.* Atque hinc lux adfulget dicto Domini *Luc.* XIII. 33. *Non contingit ut Propheta pereat extra Hierusalem.*

LIII. *De Pontifice* sic tradunt: *Sacerdos Magnus judicat & judicatur; testimonium dicit, & in eum testimonium dicitur. Sanhed. Cap.* II. §. I. Sed capitaliter de eo nemo judicabat, nisi Synedrium M. Porro eo se extendebat Synedrorum in Pontificem potestas, ut ob varia delicta, & pollutiones de facili contingentes, *loris cædi* posset. Qua pœna defunctus חוזר לגדולתו, *restituebatur in Majestatem suam*. Hoc autem in ראש הישיבה *Principe Synedrii* ita temperabatur, ut ille sic verberatus אינו חוזר לשרותו *non restitueretur ad Præfecturam suam.*

LIV. *Regem* denique ipsum Synedrio subjiciunt Talmudici: sic ut ab eo corrigi, & in ordinem redigi potuerit; etiam *flagellatione*: sed ob tria tantum crimina ipsi specialiter interdicta; nimirum si multiplicaverit mulieres ultra XVIII. si multiplicaverit equos, plusquam ad currum sufficit: nam vel unum ad pompam circumducere flagris dignum censent: denique si multiplicet sibi opes, quas relinquat in privatis thesauris. Quæ expressissimis Talmudis verbis confirmantur a *Schickardo de Jur. Reg. cap.* VI. *Theorem.* VII. & *Seldeno de Syned. Lib.* III. *cap.*

cap. IX. Quamvis & alia proferantur in contrarium.

LV. At distinguunt Hebræi Reges qui erant *ex domo Davidis* a Regibus *Israelis*. In illorum honorem testantur, quod quum novissent legem, suamque obligationem, non turpem sibi existimaverint humiliationem illam, & submissionem legalem. His autem exprobrant superbiam ac fastum, ut legi se subjicere recusaverint, unde scandali vitandi caussa, eos sibi ac Deo relinquendos esse, Magistri censuerunt.

LVI. Neque desunt narratiunculæ, quibus sibi persuadent iratum numen pœnas poposcisse a Senatu, quando auctoritatem suam circa Reges non satis animose tuerentur. In *Gemara Sanhed. cap.* II. hæc legitur fabella. Servus *Jannæi* Regis (is ex *Hasmonæis* erat, frater Aristobuli, filius Hyrcani) commiserat homicidium. *Simeon filius Satach* hortabatur sapientes ut in id animadverterent, & judicium de ipso haberent. Hi mandant Jannæo: *servus tuus homicidium perpetravit.* Mittit illum. Mandant ei denuo: *Tu ipse quoque sistas te, & testimonium accipias: Nam de Heris lex ait: veniat possessor bovis, & consistat juxta bovem suum. Exod.* XXI. 29. Jumentis autem comparantur servi. Venit, adsedit. Tunc Simeon filius Satach ad illum conversus: *Rex Jannai*, inquit, *surge in pedes tuos; tum testimonium de te dicetur. Neque putes te coram nobis surgere, sed coram illo quo jubente mundus exstitit. Quia dictum est, stabuntque duo isti viri quibus lis est. Deut.* XIX. 17. Tum ille: *non ex tuo jussu*, inquit, *sed pro eo quod censebunt collegæ tui*. Respexit ergo Præses dextrorsum, an haberet suffragantes; at ipsi vultus in terram defigebant præ metu: conversus sinistrorsum, ut vidit consimiliter faciem attollere non ausos, dixit, *O vos cogitabundi! Futurum est, ut cogitabundus aliquis vos ulciscatur*. Confestim Gabriel illos humi adflixit, ita ut omnes animam efflarent. Notissima etiam est *Herodis* in jus a Synedrio vocati historia, quam fuse exsequitur *Josephus Antiquitat. lib.* XIV. *cap.* XVII.

LVII. Quandoquidem vero ea quæ de *verberum pœna* ex sententia Synedrii Regi infligenda memoravimus, Majestati Regiæ diametraliter opposita esse videntur; hinc molestiam sibi natam vident viri eruditissimi, qua ratione tam vædurum adsertum emolliant. Observant igitur, non habitam olim eam pœnam apud Judæos, sicut hodie apud nos fustigatio, sed instar mulctarum, quæ a nobilissimis etiam citra infamiam exiguntur. Quod non *Schichardus* solum urget; sed & *Grotius De Jur. Belli & Pac. lib.* I. *cap.* III. *parag.* X. *Video*, inquit, *consentire Hebræos, Regi in eas leges quæ de officio Regis scriptæ exstabant, peccanti inflicta verbera. Sed ea apud illos infamia carebant, & a Rege, in signum pœnitentiæ, sponte suscipiebantur: ideoque non a lictore, sed ab eo quem legisset, ipse cædebatur, & suo arbitratu verberibus modum statuebat.*

LVIII. At bene ab aliis notatum est, quod *Josephus Antiq. lib.* IV. *cap.* VIII. appellet τιμωρίαν αἰσχίστην, *pœnam illiberalem, infamem, turpissimum*, & quæ ἐλευθέρῳ *ingenuo minime conveniat*. Et profecto si quis attendat ea quæ de isthoc pœnæ genere ipse commentatus *Schichardus* est, is facile animadvertet rem indignissimam Regia Majestate esse, ex sententia Synedrii ad flagra loro bubulo infligenda, super pectus, inter mammas, in tergo, & utraque scapula, condemnari. At nos hactenus non nisi Hebræorum scita exponimus, nondum in eorum inquirentes veritatem.

LIX. Pergamus itaque ea expendere quæ ad Synedrii auctoritatem pertinent. Eorum novissimum in *sententiæ* a Senatu pronunciatæ indeclinabili *valore* consistit. *Valor* autem iste variis comprobatur modis. Atque hac quidem primum ratione, quod si quis a Senatu damnatus esset, sine ulla provocatione noxæ daretur, adeo ut nec Regi ipsi fas esset judicio eum eximere.

LX. Ut autem sententiæ suæ justitiam toti populo manifestam facerent, & verum suppliciorum finem, qui est tranquillitatis publicæ conservatio, & delictorum coercitio, adsequerentur; jusserunt, reo, quum ad supplicium duceretur, præire præconem, magna voce clamantem: *Hic vadit ad supplicium, quo subit hanc mortem: quia commisit hoc flagitium, hoc tempore, hoc loco: & N. N. sunt hujus rei testes: si quis quid sciat quod prodesse reo possit, veniat proferatque in medium*. Porro præ foribus Synedrii stabat aliquis manu sudarium aut linteum tenens, quod vibrabat, si quis rei in se susciperet patrocinium, quo viso alius, non procul inde equo insidens, effuso cursu revocabat damnatum. Quin imo si ipsi reo aliquid incideret quod ad sui defensionem nondum protulerat, licebat ipsi quater aut quinquies reverti: utque accuratius ipsius in via verba ponderarentur, adjunxerunt ei duos ex discipulis sapientum. *Sanhed. cap.* VI. §. I.

LXI. Non possum hac occasione præter-

termittere, quamvis mendaciſſimum ſit, quod de Jeſu noſtro, a majoribus ſuis ſcelerate ad crucem poſtulato, narrant Talmudiſtæ. *Gemara Babyl. Sanhed. cap.* VI. *Traditio eſt*, inquiunt, *veſpera Paſchatis ſuſpenſum fuiſſe Jeſum, & præiviſſe præconem per quadraginta dies ita clamantem: Prodit iſte lapidandus, eo quod præſtigias egit, ac perſuaſit & ſeduxit Iſraelem, quicunque ſcit pro eo defenſionem, prodeat & proferat: at non eſt inventa defenſio. Suſpenderunt ergo eum veſpera Paſchatis*. Vide *Ligtf. ad Matth.* XXVII. 31.

LXII. Cæterum non illæ ſolum ſententiæ executioni mandabantur quibus quis ad pœnam damnatus fuerat, ſed & quidquid præterea a Synedrio ſtatuebatur, de quacunque re, ratum habitum fuit, & in contraeuntes, aut contradicentes, ſevere animadverſum. Habebant enim ſuos שוטרים *Exactores*, qui baculis & loris inſtructi, ſubjectos cogebant ad obſervantiam decreti, a judicibus ſtatuti: & executores erant pœnæ in rebelles decretæ. Eam vocant מכת ממרות *fuſtigationem rebellionis & contumaciæ*. Quæ longe ſeverior erat *flagellatione legali*, ob legis alicujus Divinæ violationem. Quamvis & hæc perquam ſevera fuerit. Nam reus alligabatur columnæ, ſic ut nec ſtaret prorſus, nec ſederet, ſed incurvus penderet quaſi. Tum lictor, a tergo poſitus, lapidique inſiſtens, loro vitulino, in quatuor fiſſo, ipſum, umbilico tenus nudatum, percutiebat, alternis ante & retro, proportione ſeſquialtera. Judicum vero unus ferire jubebat, alter numerabat ictus, tertius juſtitiam pœnæ accinebat. Attamen huic flagellationi certus erat plagarum numerus præfinitus, neque licebat adſcendere ultra XL. Illa quæ *contumaciæ* dicitur, eoſque manet qui interdicta ſeribarum tranſgrediuntur, pendebat ab arbitrio judicum, & pro delicti ratione nunc augebatur, nunc minuebatur; poteratque procedi ad necem uſque ſontis: neque flagello peragebatur, ſed baculo. Vid. *Buxtorf. Lex. Talm. fol.* 1252. Atque hæc fuſtigatio obtinebat, ubi quis in rebus minoris momenti decreto Synedrii parere renuiſſet.

LXIII. Sin in re aliqua majore obniteretur, *capitis pœna* contumaci erat conſtituta: quod arceſſitur ex *Deut.* XVII. 12. *Vir autem ille qui commiſerit ſuperbe, ut non auſcultet ſacerdoti, conſtanter miniſtranti ibi Jehovæ Deo tuo, aut Judici: utique morietur vir ille, & tolles malum illud ex Iſraele. Ut omnis populus audiant, & timeant, neque ſuperbiant deinceps*.

LXIV. Atque hinc ſcita illa Talmudica de זקן ממרא *ſene rebelli*: qui, etiamſi ipſe quoque Judex eſſet, & Synedrii pars, ſi ex ſui animi ſententia, contra Synedrii ſcita, contumaciter feciſſe probaretur, morte plectendus erat. Nec profuit ei rationis contumaciæ ſuæ obtentus qualiſcunque; ne quidem tametſi invictis argumentis evinceret ſententiam ſuam antiquitus a Synedrio fuiſſe comprobatam, & apud majores palam obtinuiſſe. Semper enim præponendum erat recentiſſimum Synedrii decretum. Quod quomodo ex Legis Divinæ verbis eliciant, ſupra a nobis eſt oſtenſum §. XXIV. Idque tam ſevere urgent juris Hebræorum conſulti, ut ipſi Synedrio fas fuiſſe negent, contumaci veniam facere: כדי שלא ירבו מחליקות בישראל, *ne ſcilicet multiplicaretur ſententiarum diverſitas in Iſraele*: ait *Maimonides* apud *Seldenum*, *de Syned. lib.* III. *cap.* III. Atque his quidem rationibus auctoritati Synedrii M. abunde cautum fuit.

LXV. Nunc de *loco* videamus. Is pro temporum ratione creditur fuiſſe varius. Ætate Moſis dicitur fuiſſe לפני פתח אהל מוער *ad oſtium tentorii conventus*. *Num.* XI. 24. Poſt introitum Iſraelitarum in terram ſanctam ajunt diverſas ſedes habuiſſe, nunc has, nunc alias, at ſemper ibi ubi tabernaculum erat. In *Silo*, in *Mizpa*, *Gilgal*, *Nob*, *Gibeon*, & ad domum *Obed Edomi*; demum *Hieroſolymis*. Ubi conſederit tempore Templi primi, non ſatis exploratum eſt. At ſedes ejus Templo conjunctas fuiſſe, pro certo adſeverant Magiſtri, qui per *locum elegit Jehova*, & ipſum Templum, & conjunctas ei Synedrii ſedes intelligunt. Paullo ante Templi per Chaldæos vaſtationem, Synedrii conclave vicinum fuiſſe *portæ Orientali Templi*, ſupra *conclave Janitorum*, ita confici poſſe putat *Lightfootus*, *Deſcrip. Templ. cap.* IX. Jeremiæ XXXV. 4. hæc occurrunt verba: *Deduxi Rechabitas ad domum Domini, in conclave filiorum Hanan, filii Jegediliæ, Viri Dei, quod erat prope conclave Principum, quod erat ſupra conclave Maaſejæ filii Sallum cuſtodis veſtibuli. Per Principes*, inquit, *hic non poſſumus eos intelligere qui ad Regiam ſtirpem pertinebant; quid enim hic egiſſent filii Jehojahimi? Degebant in Regia Sionis, & via qua ad Templum veniebant tendebat ad Occidentalem portam, quæ vocabatur Schallechet & Coponii, quum hæc porta, cujus cuſtos erat filius Sallum, eſſet Orientalis, ut apparet ex* I. *Chron.* IX. 17. 18. *Per Principes ergo intelligendi ſunt Magni in Synedrio Viri*, Ἄρχοντες τοῦ λαοῦ. *Act.* IV. 8. *quorum judicialis ſedes erat vicina Portæ*

tæ Orientali, *seu Susan*, *& quidem supra conclave Janitorum*. *Hic sedebant tempore Templi primi*. Sic *Lightfootus*: non dicam nunc quam sol de; id solum monebo, aliam Maimonidi mentem fuisse. Is enim jam inde a prima Templi per Salomonem constructione לשכת הגזית *conclave cæsi lapidis* ædificatum esse vult in quo consederint Synedri, in *atrio Israelis*, *ad partem Templi Australem*. Vid. *Seld. lib.* II. *cap.* XV. §. IV. At hæc omnia fluxæ fidei sunt.

LXVI. Id certius, in Templo secundo fuisse conclave ejus nominis, eique usui destinatum. Atque ita dictum fuit, quod lapidibus pretiosis, magnaque arte edolatis, stratum esset. Forma sua speciem Basilicæ Magnæ referebat, de qua R. *Salomon Ben Virga* in *Schebet Jebuda* sic loquitur: ושם בית נקרא לשכת הגזות ומי שלא ראה בנייניה אמרו שלא ראה משלם בנין מבואר: Quæ *Gentius* in Historia Judaica p. 362. luxuriante stilo sic reddidit. *Hic famosissima*, *& toto terrarum orbe celebratissima fuit illa senatorum curia*, *quam Hebræi sua lingua Liscat Haggazith appellare consueverunt: cujus ædificii tantus splendor*, *tantaque magnificentia fuit*, *ut totus terrarum orbis nihil ei simile aut secundum habere videatur*. Nimis hyperbolice. Conditor hujus conclavis dicitur fuisse *Simeon Ben Setach*, qui fuit Vice-Præses Synedrii, quum *Juda Ben Thabbæi* Præses esset, sexta generatione post Ezram, regnante *Jannai Hasmonæo*. Pars hujus curiæ in fundo sacro; altera in profano fuit. Hinc & duo ostia. Alterum a sacro latere per quod intrabat Princeps cum Assessoribus suis; alterum a latere profano, per quod introducebatur reus. In parte profana erat consessus Judicum: quia nemini licebat sedere in Atrio nisi Regibus ex familia Davidis. Pars sacra, pavimenti altitudine distinguebatur a profana.

LXVII. Quadraginta annis ante destructionem Templi Synedrium loco cessisse dicitur, & decies mutasse stationes. Ejus mutationis hæc redditur ratio: existimabant quum sederent in Conclavi cæsorum lapidum, obligatos se esse ad judicium ferendum de omnibus caussis quæ ad ipsos deferebantur: omniaque sua judicia omnes obligare Judæos. At quum nunc gravi dominationis Romanæ jugo premerentur, quo potestas ipsorum multis modis imminuta fuit, quumque scelera & parricidia immensum quantum crescerent, & sicarii, Præsidis favore tuti, judiciis eriperentur, sic ut compescere more patrio insolentias non possent, satius sibi esse crediderunt ut loco cederent. Quia tamen fas non erat alibi capitalem sententiam pronunciare, hinc in conclave illud redierunt, quoties urgebat necessitas. Quod & factum esse tradunt in caussa Jesu & similibus.

LXVIII. Hæc quum ex Talmude memorasset *Seldenus*, *lib.* II. *cap.* XV. §. IV. subjungit: *Certe & in Lithostroto latam ab eis sententiam ex Evangelio palam docemur*. *Unde non obscure elici videtur*, *sive nominis rationem spectemus*, *sive Hebræorum illorum heic auctoritatem*, *ipsum Lithostrotum*, *ita Græce dictum*, *fuisse Synedrii Magni locum*, *seu Conclave a pavimento nuncupatum*. *Græca enim sunt de Pilato*. *Joh.* XIX. 13. Ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ βήματος, εἰς τόπον λεγόμενον Λιθόστρωτον, *sedit super tribunal*, *in loco*, *Lithostroto dicto*: *perinde ac si notissimum fuisset eo in loco tribunal seu sedes forensis*, *ut in ipso Liskath. Haggazit*.

LXIX. In eandem sententiam video concedere Lightfootum; quæ tamen mihi se nequaquam adprobat. Nam sacræ Evangelii Historia nihil habet, unde aliqua certitudinis specie confici queat, quod Pilatus sedem Judæorum Senatui in Atrio Templi dicatam conscenderit. Sola hic occurrit similitudo nominis Græci. At nihil obstat, quo minus credamus, plura Hierosolymis loca fuisse lapidibus constrata. Josephus sane tribunal Pilati fuisse dicit ἐν τῷ μεγάλῳ σταδίῳ. *In xysto sive stadio tecto*. Et si quæ Græci nominis similitudo est, argumentum inde petitum Hebraici nominis dissimilitudine evertitur. Quis enim unqam audivit Curiam Hebræi Senatus dictam fuisse *Gabbatha*? Et quem quæso locum habuisset Romanus Præses in Judæorum Synedrio? Nam neque una sedere poterat cum Judæorum Senatoribus, quum neque Præses, neque Vice-Præses, neque pars Senatus esset. Neque suum ibi Romanum Senatum habere. Neutrum enim aut Judæi passi fuissent, aut Romani voluissent. Longe itaque probabilius est, proprium sibi tribunal habuisse Pilatum. At e diverticulo in viam.

LXX. *Forma consessus* hæc erat: Considebant omnes *figura semicirculari*, quemadmodum de XXIII. viris observavimus. In medio collocata erat sedes *Principi*. Ad illius dexteram sedebat *Pater domus Judicii*. Ad sinistram *Sapiens*. Reliqui ab utraque parte suo ordine, sic ut digniores propius a Principe abessent. Adstabant *Scribæ*, secundum plerosque *duo*, alter a dextris, qui scribebat vota absolventium; alter a sinistris, qui condemnantium. *Rabbi Jebuda* addit *tertium*; qui scriberet utraque, ut eo certius con-

ſtaret de ſingulorum numero. *Reus* introducebatur per oſtium lateris profani, coram judicibus. A parte illius *dextera* erat בעל ריב *Dominus litis*, qui vel pro ipſo, vel contra ipſum verba faciebat *Pſ.* CIX. 31. & 6. *Zach.* III. 1. Sententia pronunciabatur intra curiam; partibus intro vocatis. Qui natu maximus inter judices erat, partibus nomine compellatis, alteri quidem ajebat, *Tu innocent es*: alteri autem, *Tu obligaris*. Quare non licuit cuipiam judicum egreſſo dicere: *ego ſecundum te judicavi, collegæ mei te condemnarunt: at quid facerem? collegæ mei numero me vicerunt*. Hoc qui fecerit in eum competere judicabant Salomonis dicterium. *Prov.* XI. 13. *Qui prodit arcanum calumniator eſt*.

LXXI. Denique de *Tempore conſeſſus* monendum eſt aliquid. Conſidebant quotidie (at diebus Sabbatinis in Synagoga montis, ne viderentur judicii habendi cauſſa conſediſſe) & ſedebant a ſacrificio jugi matutino, ad juge veſpertinum: ſic ut eorum ſeſſio, & tempus Divini cultus, nunquam coinciderent. Sacrificium juge matutinum mactabatur diluculo: veſpertinum ordinarie mactabatur hora octava & dimidia, offerebatur media decima. Non tamen cenſebatur neceſſarium ut omnes LXXI. Senatores ſemper præſto eſſent, niſi quando rei gravitas omnium præſentiam requireret. Alias cuicunque erat negotium, ei fas erat exeſſe, & reverti; ſic tamen ne pauciores XXIII. ſemper adſiderent.

LXXII. *De Continuatione* ac *Succeſſione* Synedrii hæc traduntur: initium ejus, uti monui, collocant in *deſerto*; ubi *Moſes*, dum vixit, Principis vicem obiit. Introducto in Cananitidem populo, mortuoque *Joſua*, poſt Moſen Synedrii Principe, Deus extra ordinem aliquando præfecit *Judices*, quibus etiam citra Senatum judicandi jus erat: at quibus temporibus nullum talem exciverat, recurrendum omnino ad Senatum fuiſſe, in quo ferme eminebat Pontifex Maximus, tanquam rem certam ſciſcit *Grotius*: eoque trahit *Deut.* XVII. 8. 9. *Ad Sacerdotem aut Judicem*. Interim intermiſſum quandoque per rerum turbas, ſive hoſtiles, ſive domeſticas, judiciorum ordinariorum, adeoque Synedriorum uſum, pro indubitato ipſe *Seldenus* habet. Et quod *Grotius* dictat ad Herodis tempora perpetua cooptatione duraſſe, id temperandum eſſe monet intermiſſionibus, quæ, pro rerum ſtatuſque diſcrimine, aliæ fuerunt aliæque. *Lib.* II. *cap.* V. §. I. & III. Temporibus *Eli*, *Samuelis*, *Saulis*, nulla quidem Senatus in ſacris mentio eſt; attamen Hebræi tradunt, Samuelem legis doctrinam accepiſſe ab Eli & Synedrio ejus: & Davidem a Samuele & Synedrio ejus. Quin ubi legitur 1. *Sam.* VI. 19. percuſſos eſſe e Betſemitis, tempore Samuelis, ob temeratam profana inſpectione arcam in populo שבעים איש חמשים אלף איש *Septuaginta viros, quinquaginta millia virorum*; numerus ſeptuagenarius pro Synedrio Magno a Magiſtris ſumitur. Unde etiam *Jonathan* ſic χαραφράζει. וקטל בסבי עמא שבעין גברא ובקהלא חמשין אלפי גברא *Et occidit ex Senioribus populi ſeptuaginta viros, atque ex plebe quinquaginta millia virorum*.

LXXIII. *Saulem* etiam Synedrii *Principem* fuiſſe, & *Jonathanem* filium *Patrem Synedrii*, in utroque Talmude legitur. Addit *Seldenus lib.* II. *cap.* XVI. §. IV. *Quamdiu atque quatenus regnum, ſive Judaicum, ſive Iſraeliticum, ante captivitatis infortunia, ſuos retinuere mores, Princeps Synedrii, ac Rex, idem eſſe, ut heic, niſi fallor, ſolebat, ad Moſis, qui Princeps primus, exemplum*. Maimonides *Davidem* partem corporis Synedrii M. fuiſſe ait. Et quum *Benajas*, filius Jojadæ, præfectus dicitur fuiſſe ſuper *Pleti* & *Creti*, Rabbi *Levi Ben Gerſon*, ex Magiſtrorum mente, de viris Synedrii Magni interpretatur. Qui dicti ſint *Creti* שבורתים דבריהם, *quod præſcinderent verba ſua*, ſeu breviter juſſa pronunciarent; & *Pleti*, שמופלאים במעשיהם *quod mirabiles eſſent in operibus ſuis*. Sub regno *Joſaphati* expreſſa Senatus mentio eſt, cujus tunc Princeps videtur fuiſſe *Amarias* Pontifex, & *Sabadias*, *Ben Iſmael*, Pater. 2. *Chron.* XIX. 8. Sub *Jojakimo*, Joſiæ filio, Principes Judæ conſediſſe narrantur ad oſtium portæ Jehovæ recentioris, ut de cauſſa Jeremiæ judicarent. Jer. XXVI. 10. 11. Judicium autem de Propheta Synedrio M. competiiſſe, conſtans fama eſt. Sub *Sedekia* venerabilis admodum Senatus auctoritas fuiſſe videtur, Rege ipſo declarante, nihil ſe adverſus eam valere. Jerem. XXXVIII. 4. 5. Per *Ezechielem* etiam de Sacerdotibus, ut in eo Senatu præcipuis, dicitur *cap.* XLIV. 24. *In cauſſis cognoſcendis jus ſervanto, ſecundum jura legeſque & ſtatuta mea judicanto*. Idem vero *Ezechiel* aliquanto ante, deſcribens corruptos mores populi, ſpeciatim meminerat Senatus Magni, *ſeptuaginta ſenes* nominans, & eorum principem *Jaazaniam*. *Cap.* VIII. 11. Iidem creduntur intelligi nomine *Præfectorum*, quibuſcum *Jojachin* Rex Judæ ad Regem Babyloniæ prodiit, & qui cum ipſo Babylonem deportati ſunt. 2. *Reg.* XXIV. 12.

LXXIV.

LXXIV. In *exsilio Babylonico* hos LXX. auctoritatem suam apud Judæos retinuisse, non est dubitandum, ait *Grotius*. Certe habuerunt tunc *capita paternarum familiarum*. *Ezr.* I. 5. VIII. 16. IX. I.

LXXV. *Domum reversis* judiciaria potestas concessa est a Rege Artaxerxe. Ezr. VII. 25. 26. *Ezram* vero ipsum Synedrii principem fuisse, passim Magistri pugnant. *Antiochus* turbavit omnia: sed postea libertate per *Asmonæos* reddita, summa rerum penes hunc Senatum fuit. Unde & Sceptrum Regium in Curia adservabatur.

LXXVI. Mansit is ordo usque ad *Herodem Magnum*: auctoritate tamen illius variis modis paullatim imminuta. I. Per *Gabinium* Syriæ præsidem; qui post *Pompeji* victoriam, annis LV. ante natum Christum, Senatum in quinque partes discerpsit, saltem alios quatuor consessus erexit, *Gadaris*, *Amathunte*, *Hierichunte*, *Saphoris*: quamvis non pari cum Hierosolymitano potestate. Fuerunt enim illi consessus curandæ magis reipublicæ, quam judiciorum caussa, instituti: sub Senatu tamen Hierosolymitano. *Joseph. Antiq. lib.* XIV. *cap.* X. II. Per *Herodem*; qui sub *Hyrcano* Rege de rebus in Galilæa gestis caussam dicere coactus, postea Rex factus, illos judices, & Regem quoque, sustulit, excepto uno *Samea*. Hunc enim in honore habuit, propter justitiam: & quia post, obsessa urbe ab Herode & Sosio, admittendi Herodem auctor fuit, negans propter peccata eos posse dominatum illius effugere. *Joseph. ibid. cap.* XVII. Validis tamen ex Talmude argumentis intercedit *Lightfootus*, non omnes interemtos esse. *Ad Matth.* II. 4. III. Per varias illas transmigrationes ex Conclavi Templi; de quibus supra §. LXVI. IV. Per ademtam a *Romanis* capitalium judiciorum facultatem. Quum enim Judæa in provinciam esset redacta, constitutum esse videtur, quemadmodum in reliquis provinciis Romani Imperii, ne Senatus quenquam morte afficeret, nisi Romani Præsidis consensu, servata ei reliqua judiciaria potestate. Atque huc a plerisque refertur. *Joh.* XVIII. 31. Uti & Talmudicorum confessio de ablatis Senatui judiciis capitalibus, XL. annis ante destructum templum. Quod tamen ita interpretantur *Seldenus* & *Lightfootus*, ut factum sit propter homicidiorum frequentiam, in quæ quum rite animadvertere non posset Senatus, maluit conclave suum, extra quod de talibus judicari non poterat, deserere, ut omnino non judicaret. Et sic non exstincta esset Synedrii auctoritas a Romanis, sed sopita a suis.

LXXVII. Excisis a *Tito* Hierosolymis Senatum hunc plane interiisse, putat *Grotius*. Aliter tamen Hebræi; qui, destructo Templo, R. *Johannem* filium *Zachæi*, & *Rabban Gamalielem secundum*, *Jafne* Synedrio præsedisse tradunt. *Rabban Simeon*, filius Gamalielis, *Uscham* reversus dicitur. *Rabbi Jehuda Sanctus*, quum interea in finitimam urbem *Sephacham* migrasset Synedrium, transtulit illud ad *Beth-Schearum*. Quum in morbum incidisset, *Sephorem* urbem, a vico *Nazareth* tribus leucis dissitam, transportatus est. Denique, ut perhibent, cum *Antonino Pio* Cæsare familiariter egit *Tiberiade*. Vid. *Coccej. Gemar. Sanhed. cap.* I. §. XIII. *Nota* IX.

LXXVIII. Quo pleniorem lector historiæ hujus notitiam habeat, lubet attexere catalogum eorum qui post reditum ex captivitate Babylonica, usque ad Synedrii interitum, ei præsedisse narrantur. Quos hoc ordine enumerant Hebræi. I. *Ezras*: qui Hierosolymam ascendit VII. anno Darii *Ezr.* VII. 8. viginti quatuor annis post populi ex Babylone reditum. Vixit, juxta supputationem quorundam Chronologorum Hebræorum, usque ad eum annum quo *Alexander* M. venit Hierosolymam: tum obiit X. die mensis *Tebeth*: atque adeo prætergressus est *Babylonicam* & *Persicam Monarchias*. II. *Simeon Justus*, de quo mira narrant ejus populares: quod ejus tempore lana coccinea alba evaserit in capite hirci emissitii: quod sors de hirco emissitio semper ad ejus dexteram adscenderit: quod occidentalis lucerna nunquam exstincta fuerit: quod ignis altaris semper jucunde flammaverit; ejus autem vis, ipso mortuo, plurimum fuerit imminuta. Hunc quidam cum *Jaddo*, aut *Jaddua*, eundem faciunt: at *Josephus* manifeste distinguit, collocans *Simeonem* post *Jaddum*, interjecto *Onia*. III. *Antigonus Sochæus*. Cujus hæc fuit doctrina: *Ne sitis tanquam servi, qui serviunt Domino propter præmium: sed sitis tanquam servi, qui serviunt sine intuitu mercedis, & sit timor cœli super vobis*. Quam *Sadoc* & *Baithos*, maligni discipuli, in impium sensum torquentes, vitam æternam & resurrectionem mortuorum negaverunt; *Sadducææ* hæreseos patriarchæ. IV. *Josi* vel *Joseph Ben Joezer*, ex *Zeredah*, (quæ fuit patria Jerobeami I. *Reg.* XI. 26.) & qui *Vice-Præsidem* habuit *Josi Ben Jochanan* Hierosolymitanum. Hic Talmudica monumenta incipiunt eos nominare binos, *Præsidem* nempe & *Vice Præsidem*: non

non quod antea nulli fuerint Vice-Præsides, sed quod eorum nomina interciderunt; quemadmodum etiam fuerunt post Hillelem, licet nunquam a Judæis nominentur. V. *Josua filius Perekia*, *Præses*. *Nittai Harbelita*, *Vice-Præses*. Vixit Josua tempore Regis *Jannæi*, hominis truculenti, qui quum plurimos sapientum, factioni suæ minus faventium, ultima crudelitate persequeretur, coactus fuit Josua Alexandriam fugere: unde, ad intercessionem *Simeonis Ben Setah*, revocatus tandem est. VI. *Judas Filius Tabbai*, *Præses: Simeon Ben Setah*, *Vice-Præses*. Hic est ille Simeon, qui creditur condidisse *Conclave cæsi lapidis*. VII. *Semajas*, *Præses*, & *Abtalion*, *Vice-Præses*. Hi cognati erant, & ex posteritate *Sennacheribi*, sed matres eorum erant Israelitides. VIII. *Hillel*, *Præses*, & *Schammai*, *Vice-Præses*; celeberrimi suo tempore legis Doctores. IX. *Rabban Simeon filius Hillelis*. Quem quidam eundem fuisse opinantur, qui Christum agnovit, ulnis excepit, & prædicavit. *Luc.* II. X. *Rabban Gamaliel*, *Simeonis filius*. Sub cujus disciplina educatus fuit Paulus. Hic Synedrio præfuit quum Christus damnaretur. Sed an eo tempore præsens fuerit, in incerto est. XI. *Rabban Simeon*, *Gamallielis filius*. Periit in excidio Templi: & interfectus etiam fuisset filius ejus, nisi *Rabban Jochanan Ben Zaccai* qui in flagranti Cæsaris gratia erat, vitam ei suis precibus impetrasset. Destructo Templo, Synedrium, quamvis languens, substitit tamen; habuitque Præsides ad ultimam sui excidionem. Sequitur itaque XII. *Rabban Jochanan Ben Zaccai:* cujus Synedrium sedebat *Jafne*. XIII. *Rabban Gamaliel Jafnensis*, Filius R. *Simeonis*, quem R. *Jochanan Ben Zaccai* morti eripuit. At quum, Patre moriente, minorennis esset, non potuit mox ei succedere: ideoque locum illius occupavit *Jochanan*. Quo fatis functo, paternæ dignitatis hæres factus est *Gamaliel*. XIV. *Rabban Simeon*, *filius Gamalielis*. XV. *Rabbi Juda*, *filius Simeonis*, cognomento *sanctus*. Hic collegit Misnam Talmudicam. XVI. *Rabban Gamaliel*, *filius R. Judæ*. Hic desiit titulus *Rabban:* & exstinctum est Synedrium. *Lightf. Descript. Templi cap.* XXII.

LXXIX. Hactenus ea exposuimus quæ Talmudicæ doctrinæ sectatores de Synedriis suis tradiderunt. Nunc videamus quid de iis ex vero statuendum sit. Neque enim existimandum est, tantam Hebræorum Magistris attribuendam esse auctoritatem, ut mox pro certo admittamus quæ ipsis de gentis suæ antiquitatibus commentari libuit. Infinitis exemplis comprobatum est, sive ex imperitia priscæ historiæ, sive ex fingendi atque ineptiendi stulta lubidine, plurima in ipsorum scriptis occurrere, quæ doctioribus bilem moveant, aut risum. Neque desunt viri eruditissimi, & emunctæ naris Critici, qui nullum unquam tale Synedrium Magnum, quale ab Hebræis describitur, in eorum republica exstitisse credunt, nisi fortassis a temporibus *Hasmonæorum*; nedum ut perpetua novorum Senatorum cooptatione a Mose usque ad Herodem, aut finem Reipublicæ Israeliticæ, continuatum sit. Tot autem, tantisque argumentis eam suam opinionem firmant, ut mihi quidem difficiles admodum esse videantur, a quibus non impetrant assensum. Ut igitur meorum operum lectores ipsi etiam arbitrari queant, quid de toto negotio statuendum sit; lubenter eam subibo molestiam, ut prius examinem rationes quæ pro continuatione Synedrii proferri solent; deinde eas exponam, quæ contra faciunt.

LXXX. Non puto quenquam in Talmudicis scriptis versatum tam procul ab æquitate repulsum fore, ut eo solum nomine aliquid credi jubeat, quia ita a Rabbinis proditum est. Præsertim si res sint antiquissimæ, longa seculorum serie ætatem, illorum magistrorum antecedentes. Ex priscis monumentis aliquid proferri par est, quo commentationibus ipsorum, si non certitudinis evidentia, certe veri species, & probabilitas aliqua concilietur. Prisca autem monumenta, si ad primordia Reipublicæ Israeliticæ adscendamus, nulla supersunt præter Sacras Literas. Anquirendum itaque ante omnia est, num illæ quidquam de Magno tali Synedrio, illiusque continuatione, doceant. Id quidem Hebræi opinantur, multique ex Christianis, etiam Maximi virorum, illis crediderunt; at debilibus admodum inducti rationibus. Quod ex earum examine liquebit.

LXXXI. Ajunt, in memoriam eorum capitum quæ Jacob in Ægyptum adduxit, LXX. vel LXXII. præfectos fuisse populo, qui res ipsorum curarent, quantum regia imperia permittebant. At unde id habent, nisi ex divinatione? Moses enim ea de re οὐδὲ γρῦ. Is quidem Seniores Israelis memorat, quos in Ægypto compellare jussus est: sed eos cum imperio populo præfuisse, aut LXX. fuisse, idque in memoriam eorum qui cum Jacobo in Ægyptum venerunt; id enimvero non memorat. Natura ipsa gentes omnes docet, reverentiam singularem iis deberi qui ætate majores sunt: ideoque si quid

ſi quid incidat controverſiæ, ad eos recurrendum eſſe, qui, rerum multarum experientia præditi, iiſque affectibus, quos æſtuans juventæ ſanguis excitare ſolet, non ita obnoxii, conſiliis dandis aptiores eſſe non immerito creduntur. Tales illos fuiſſe probabile eſt, qui Seniores Iſraelis dicuntur, magis ſuadendi auctoritate, quam poteſtate jubendi. Cujus rei hoc eſt argumentum, quod populo in libertatem adſerto, & in deſertum deducto, nulla poteſtate præfuerint. Moſes enim ſolus initio decidebat omnia. Qui *Exod.* v. 14. שוטרים *Moderatores filiorum Iſraelis* vocantur, ii non fuere judices rempublicam adminiſtrantes, a populo Iſraelitico lecti: ſed miniſtri tyrannidis Pharaonis, ab exactoribus ipſius conſtituti, ut quotidianum laboris penſum urgerent atque accurarent. Fateor *Exod.* xxiv. 1. 9. *Septuaginta Seniores Iſraelis* laudari: at obſervandum eſt, eos dici LXX. *e Senioribus*; ergo multo plures erant, quibus id nominis competebat, & ex quibus hi lecti; non ad Magiſtratum, ſed ut Moſi in hac ſolemni fœderis pactione præſto eſſent. Magiſtratus enim auctoritatem ipſa Moſis verba, ſupra quoque laudata, iis adimunt: com. 14. *Senioribus autem illis edixit: ſedentes nos expectate hic uſque dum revertamur ad vos. Ecce autem Aaron & Hur vobiſcum, qui habebit aliquid dicendum accedat ad eos.* Hactenus ergo nihil, quod ſpeciem, vel rudimenta aliqua Synedrii M. habeat.

LXXXII. Ad nullum etiam Synedrium referri poſſunt quos ex *Jethronis* conſilio judices conſtituit Moſes. Hi enim neque *triumviri* fuere, neque *vigintitriumviri*, neque LXX. ſed *viri ſtrenui ex toto Iſraele, primores, in populo, præfecti millenis, & centenis, & quinquagenis, & decuriones. Exod.* xviii. 21. 25.

LXXXIII. Propius accedunt ea quæ narrantur *num.* xi. 16. ubi palam eſt Deo jubente inſtitui conſeſſum LXX. virorum, qui una cum Moſe onus populi portaturi eſſent. Cæterum id inquirendum reſtat, an huic conſeſſui conveniant omnia quæ de ſuo Synedrio prædicant Talmudiſtæ: an eo fine inſtitutus, ut perpetuus eſſet: an reapſe per tot ſecula continuatus, nova identidem Senatorum ſucceſſione: an ea fuerit auctoritate præditus in Pontifices, in Reges: an iſtæ ei quas narrant cauſſæ reſervatæ: & quæ id genus plura ſunt. De quibus ſane hiſtoria Moſaica nihil habet: nec Rabbinis, de ſuo quod volunt addentibus, in rebus ſibi æque ac nobis ignotis, credere par eſt. Imo occurrunt nonnulla in Moſaica narratione, quæ ſuſpicionem injiciant non ita ſeſe rem habere, uti Magiſtri tradunt. Occaſio inſtituti hujus Senatus fuit populi adverſus Moſen murmuratio: hinc Moſis ad Deum querelæ, ſe non concepiſſe, neque peperiſſe eum populum, neque ei ferundo ſufficere: denique nec parem eſſe invidiæ quam imperium hoc ſibi conciliet. Deus, Moſi gratificaturus, adjungit illi LXX. e Senioribus Iſraelis, eodem quo Moſes Spiritu imbuendos, qui onus populi ſecum portarent. Nonne hoc commodiſſime ita intelligitur; ut Moſes liberarent magna invidiæ parte, ſuaque illa pluralitate, uti propiores actionum Moſis teſtes, illiuſmodi murmurationes populi impedirent, aut compeſcerent? Nam ordinariis judiciis ſic ſatis proſpectum fuiſſe videtur anterioribus conſtitutionibus. Ipſaque hæc hiſtoria teſtatur, non defuiſſe populo Seniores & Moderatores; ex quorum numero hi deſumti ſunt. Ceſſante autem cauſſa inſtituti hujus conſeſſus, per mortem Moſis, & introductionem populi in Canaan, quid obſtat quo minus & ipſum conſeſſum ceſſaſſe ſuſpicemur? Sane de continuatione illius nihil legimus in ſacris voluminibus.

LXXXIV. Nam quod *Deut.* ובאת אל הכהנים הלוים ואל השפט אשר יהיה בימים ההם *Tunc adibis Sacerdotes Leviticos, & Judicem qui erit in diebus illis, ut conſulas eos &c.* id nullam Synedrii M. & perpetui ideam animo ingenerare idoneum eſt. Ibi Sacerdotes laudantur, ut legis conſultores, & Judex aliquis, ſive ordinarius, ſive extra ordinem a Deo excitatus, ad quos recurrendum ſit. De numero autem perpetui & uniformis Senatus, & cauſſarum quæ ad eum pertinent determinatione, prorſus nihil. Imo quæ hic memorantur controverſiæ, *inter cædem & cædem, inter litem & litem, inter plagam & plagam*, non fuerunt cauſſæ Synedrio reſervatæ, ſed quæ ab aliis quibuſcunque judicibus decidi potuerunt.

LXXXV. *Joſua* quidem ætate gravis congregaſſe narratur omneis tribus Iſraelis in agrum Sichemitarum, poſtquam convocaſſet *Seniores Iſraelis, & Primores ejus, & Judices ejus, & Moderatores ejus, ut ſiſterent ſe coram Deo. Cap.* xxiv. 1. At nec hic quidquam eſt, quod de Synedrio cogitare ſubigat. Eo potius verba aurigantur, ut Seniores hi, & Primores, & Judices, ex ſuis ſingulis tribubus, & civitatibus, ad extraordinarium hoc negotium a Joſua acciti ſint Sichemum, dein dimiſſi quiſque in poſſeſſionem ſuam: com. 28. quam ut

unum

unum constituerint corpus Senatus, quod præsto fuerit Josuæ.

LXXXVI. Quæ de Synedriis, quibus Eli, Samuel, Saul cum Jonathane, David, aliique Reges præfuerint, Hebræi fabulantur, ea suis se produnt ineptiis, quæque ad ea firmanda ex sacris proferuntur, mera sunt ludibria, & indigna quibus seria refutatione decus aliquod concilietur. Qua veri specie, Saulem sacri consessus Præsidem, & Jonathanem Patrem faciunt? Eadem, qua *Chreti* & *Pleti*, prætorianos milites; in Synedros transformant. Quomodo Princeps Synedrii & Rex, longo temporis tractu, idem nunc fuisse statuitur: quum alias Regi locum in Synedrio negent, ne suffragii sui auctoritate alios Senatores in partes traheret? *David* canere potuit, *Judam Legislatorem suum* esse, *Ps.* LX. 10. etiamsi de Syuedrio nec cogitaret. Nam ex ea tribu prudentes & sapientes viros, partim cognationis, partim necessitudinis vinculo sibi junctos, invenire & seligere potuit, per quos jura Majestatis & Regni tueretur, quamvis Synedrio adscripti non forent. *Josaphatus* 2. *Chron.* XIX. in civitatibus Judæ, ac nominatim Hierosolymis, judices quidem instituit; at nihil hic de XXIII., & LXX. Ipsaque illa institutio ostendit, non fuisse tunc in regno Synedrium. Adde quod Hebræi Synedrio ipsi eam potestatem attribuant, ut pro suo sibi arbitrio successores legat: hic autem quidquid illud est auctoritatis Rex sibi vindicat. *Jerem.* XXVI. 10. & XXXV. 4. atque alibi memorantur שרים *Principes:* at quidni eo nomine intelligamus Primores populi, & purpuratos, sive aulicos? Quis ex voce tam generali certa collectione tale inferat Synedrium? Qui Ezechieli monstrantur LXX. viri *cap.* VIII. 11. hi certe non fuerunt præditi Spiritu Dei, neque idonei ad ea officia quæ Synedriis adscribunt Rabbini. Adeone prolapsas res esse, ut quibus idololatriam exstirpandi ante omnia commendatum est officium, eorum non pauci solum, non pars major, sed omnes, conspiratione facta, ad fœdissimam & sceleratissimam idololatriam populo duces sint? O præclaros paternarum traditionum custodes, Mosaicarum legum vindices, ac Divinæ Kabbalæ depositarios! *Capita familiarum* apud Ezram, non notant Synedros, sed præcipuos in quaque familia: ut res ipsa loquitur. Sic itaque ex examine omnium eorum testimoniorum, quæ ad probandum tale Synedrium quale nobis Talmudici delineant, proferri solent, palam esse existimo, neque singula seorsim, neque universa junctim, ad solidam illius rei demonstrationem sufficere.

LXXXVII. Ex adverso rationes multæ sunt, quæ probabile admodum faciant, nullum fuisse in Veteri Israelitarum Republica tale Synedrium. Non tempore Josuæ; qui sua Rempublicam auctoritate gubernabat, non consulto, sive in belli, sive pacis negotiis, ullo Synedrio. Non tempore Judicum, qui Dei jussu atque imperio res administrarunt, nulla unquam Synedrii mentione. Si deesset Judex a Deo excitatus, nulla erat regiminis auctoritas. Quisque sibi licere existimabat, quod liberet. *Jud.* XXI. 25. Ubi tunc tantæ potestatis Synedrium? Non tempore Samuelis. Is enim solus, suprema potestate, judicabat Israelem, nunc huc proficiscens, nunc illuc, prout rei exigebat necessitas. Nec Synedros aliquos, sed *filios* constituebat Judices. Quibus officio suo haud uti par est fungentibus, questum ad Samuelem veniunt *Seniores*, id est, honoratiores ex populo, Regem petentes. 1. *Sam.* VI. 1. Eam petitionem, non cum Synedrio communicat Samuel, sed cum Deo solum. Nec in toto hoc Regem eligendi negotio, quod, si quid aliud, ad Synedrium pertinebat, ulla Synedrii vota interveniunt: sed ex Dei voluntate, per solum Samuelem, cuncta peraguntur. Non sub Regibus. Quis enim unquam Regum a Synedrio, vel constitutus, vel destitutus, vel correptus est? Prout Reges erant, talis plerumque populus; nullum unquam momentum Synedrium attulisse legitur. Jus Regis a Samuele descriptum est. 1. *Sam.* VIII. 11. & seq. Quodnam hic Synedrio cum Rege negotii? Etiamsi nihil aliud foret, vel hinc patet, mera esse figmenta, quæ de Synedrii in Reges potestate, etiam ad flagellationem usque, delirant Magistri. Bene *Petitus; Judæi, istam* πολιτέιαν *animo tantum conceperunt, nulli Principes eo jure regnarunt. Vide quæ in Sacris Bibliis habentur; quæ apud Josephum, vernaculum rerum Judaicarum Scriptorem, leguntur: dabo pignus in omnes meas fortunas, si vel verbo jus illud adseratur. Sed contrarium plane illis quæsitum est, Deo auctore, in Saulis inauguratione, apud Samuelem.* Pergo: Nullum etiam Synedrium fuit, tempore Zorobabelis, Ezræ, & Nehemiæ, qui a Regibus Persiæ cum auctoritate missi, multa quidem constituerunt in populo, nusquam tamen consuluisse leguntur Synedrium. Imprimis memorabile in hanc rem est quod narratur *Nehem.* IX. & X. Ad reformationem reducis Ecclesiæ, solemni

lemni ratione pangitur fœdus, quo se reduces ad omnia pietatis & virtutis officia obstringunt. Fœdus illud sua subscriptione obsignant, ex *Principibus*, *Levitis*, *Sacerdotibus*, *plus* LXXX. qui suis laudantur nominibus. Iis se adjungunt, quotquot notitia præditi erant & intelligentia. Ubi hic Synedrii nostri; quos omnium primos esse oportuit?

LXXXVIII. Ex his omnibus probabile mihi est, Synedrium Hebræorum, quale in Talmude describitur, tunc demum viguisse, quando Hebræi sub Macedonum Principum, Alexandri M. successorum, potestate erant. Atque hinc ipsum esse *Synedrii* nomen. Macedones enim *Senatores*, *quorum consilio Respublica administrabatur*, *Synedros vocant*: auctore *Livio Lib.* XLV. *cap.* XXXII. Consule sodes auctorem Gallicarum Epistolarum quibus exponitur judicium Theologorum quorundam Batavorum super *Richardi Simonii Critica Sacra Veteris Testamenti*, *Epistola* X. earumque *Apologistnm*, *Epistol.* VI. Confer *Conringium*, *Exercitatione de Republica Hebræorum*. §. XXI. Maxime vero, qui postquam hæc scripta erant demum mihi visus est, *Johannem Vorstium de Synedriis Hebræorum*: cujus Exercitatio hoc titulo exstat *Fasciculo* IV. *Opusculorum quæ ad Historiam & Philologiam pertinent*.



JOHANNIS DANIELIS JACOBI

DISSERTATIO

DE FORO IN PORTIS.

PROLEGOMENA.

Socrates de libro quodam Heracliti, propter affectatam in scribendo obscuritatem σκοτεινὸς *cognominati, rogatus; cujusmodi videretur? respondit: Delio natatore opus esse, ut ne quis in eo præfocaretur. Idem sane mihi de judiciis veterum in portis quædam dicturo, & reconditum hoc spectaculum ex priscorum temporum monumentorumque latibulis producturo, aliqua ex parte usu venire video. Cum enim in aliis antiquitatibus explanandis ac dilucidandis luculenta veterum scriptorum testimonia multum lucis afferant, heic fere altum est silentium partim ex incuria scriptorum, partim ex injuria temporum, & plerique, qui hanc rem commemorarunt, primoribus tantum, quod ajunt, labris eam attigerunt, circumstantiis tantum non omnibus neglectis, &, si quid forsan relatum reliquerunt, assertiones ipsorum inter se non ex asse conspirant, sed potius variis in momentis adhuc sub Judice lis est, adeo, ut vix unius vel alterius autoritas ac testimonium me sublevet. Inde autem paratiorem mihi veniam polliceor, si quandoque, uti fert sors hominum, a recto tramite aberraverim. Etenim hunc laborem a nemine ante hac, quantum scio, susceptum suscepi, nullas heic obvias difficultates curans; quandoquidem mihi persuadeo, non ingratum cuilibet philologiæ & juris antiquitatum studioso me præstiturum esse officium & fructus haud exiguos ex thematis hujus tractatione redundaturos esse, cum varia Scripturæ Sacræ loca hoc modo admodum illustrentur. Ut autem omnium pateat oculis, quænam sit materiarum series, de quibus hac in dissert. verba sum facturus, sciat B. L., duas me constituturum esse sectiones, quarum prior historica erit, ubi historiam hoc in passu factorum ex Hebræorum, Græcorum, Romanorum, aliarumque gentium monumentis, quanta fieri poterit, cura & industria deducam: In posteriore autem sectione hæc facta generatim dijudicabo, & causas hujus moris, judicia nimirum in portis habendi, investigabo, interspersis variis ex nostri temporis consuetudine desumtis, quæ themati nostro illustrando conducere ac inservire mihi videbuntur. Optimus ille rerum humanarum arbiter ac moderator, Deus noster benignissimus, largiatur mihi vires & sapientiam, quo ex voto institutum opus exædificare valeam!*

SECTIO PRIOR.

I. Frons haud raro index animi esse solet; nec minus rubrica libri vel dissertationis cujusdam indicat lectori, quid lateat in nigro. Ubi ergo in illa obscuritatis aliquid superesse videtur, omnino a tituli explanatione primordia totius tractationis sunt capienda. His perpensis, ego quoque de Foro veterum in portis verba facturus, ipsum dissertationis titulum ante omnia enodandum duco. Forum (1) *primo* est locus rerum venalium, & quoniam Romæ judicia plerumque in foro exercebantur, idcirco forum sæpe pro actu causarum & administratione negotiorum civilium atque ad jus pertinentium accipitur. Sic, foro operam dare, ait Plautus *Asin. act. 2. sc. 4. v. 22.* ac, foro & honoribus se parare, dicit Seneca *Procem. lib. 2. Controvers. cit. Fabro Th. Er. sch. tit. Forum. Porro* forum conventus quilibet appellabatur in provinciis, ubi controversiæ a præsidibus ac proconsulibus dijudicari solebant. Hinc forum agere apud Ciceronem *L. 5. epp. ad Attic. ep. 16. conf. & Sigon. l. 2. de antiquo jure provinc. c. 5.* idem est, quod conventum agere sive instituere. *Deinde* forum cum diversis nominibus propriis conjunctum significat oppidum, ut, forum Tiberii, &c. *Denique* Festo, qui varios huic voci significatus tribuit (2), forum est etiam ipse locus, in quo cum populo agi, conciones haberi & Judicia fieri debent. Cujus generis olim fuerunt forum Romanum, Julium, Augusteum &c. (3). Atque ultimus iste significatus, non exclusis plane aliis, huc maxime quadrat. Olaus Borrichius *in antiqua urbis Rom. facie c. 6. §. 7. ap. Græv. T. IV. p.* 1541. hac de re sequentia in medium profert: Fo-

Forum Romanis jam olim commoda erat in urbe planities mercibus diſtrahendis, litibus decidendis, negotiis peragendis & orationibus regum, conſulum, decemvirum prætorumque in publico ſub Jove frigido audiendis deſtinata &c. Iſtis forum quoque ponitur pro territorio cujuſque judicis, intra quod poteſt in facinoroſos animadvertere (4). Item, ipſis eſt locus, ubi jus redditur, ſive lites exercentur. Præterea forum eſt, ubi domicilium reus habeat, vel ubi habuerit tempore contractus initi. Unde illud eſt: *Actorem forum rei ſequi*. Imo per forum intelliguntur interdum ſubſellia h. e. judicia publica, quæ exercebantur ſub Dio, aut certe ex eo loco, unde cœlum facile perſpici poſſit, quod vel Cicero ſatis indicat pro Rege Dejotaro &c. (5)

II. Porta ſeu πύλη, quæ vox hebraicæ שער reſpondet, in genere dicitur quivis locus, per quem ingreſſus eſt, ſed proprie (6) eſt aditus per mœnia in urbem vel caſtra ferens, ſicut θύρα aditus in domum privatam. Quantum ad originationem hujus dictionis, videtur ab importando & exportando dici, vel ab aratro portando (7). Et quidem porta eſt vocabulum ex eorum genere, quæ in plurali rem etiam unam & ſingularem denotant. Sic, cum de una eademque porta loqueretur Virgilius, modo pluraliter dixit: *Æn. 2. v. 612.*

> *-- -- His Juno Scæas ſæviſſima portas*
> *Prima tenet* --- --- ---

modo ſingulariter: *Æn. 3. v.* 351.

> *-- -- Scæaque amplector limina portæ.*

Et in Pſalmo CXVIII., poſtquam pluraliter dictum eſſet v. 19. פתחו לי שערי-צדק immediate ſubjicitur verſ. 20. זה השער ליהוה (8).

III. In primis quintuplex portarum uſus olim erat: I. Rerum venalium in iis forum inſtituebatur, præcipue apud Hebræos. Et in hunc uſum præter ampliſſimas porticus adjacentes ipſis portis erant ſubdiales plateæ ſeu areæ latiſſimæ, qualis ad portam gregis Hieroſolymitanam pertinebat, atque area & platea orientalis vocabatur. (9) De area portæ Samariæ eſt illud heic adferendum, quod 1. *Reg. XXI.* 10. *ſeq.* continetur. In eadem vero illa porta, ceu præcipuo Samariæ foro venum exponi annonam reſque alias conſueviſſe, patet ex 2. *Reg. VII.* 1. *ſeq.*

IV. II. Portæ munimenta urbium erant, unde obſeſſi erumpere, quæque ab hoſtibus præcipue oppugnari ſolebant. Hinc Turcæ Imperatoris ſui ſedem vocare dicuntur Portam a munimentis, ab aula regia & a judiciis, de quibus paulo poſt diſſeremus (10). Et quandoquidem antiquitus urbium portæ altiſſimis turribus muniebantur validoque militum præſidio firmabantur, imo arces erant & propugnacula civitatum; propterea per portas interdum omne genus munitionis, technarum, molitionum, tormentorum, armorum denique omnium intelligitur (11). Præterea, tum eodem ex capite, tum quia portæ in turrium ſpeciem ædificari ſolebant, factum eſt, ut turrium vocabulo portæ ipſæ nonnunquam deſignentur, uti apud Juvenalem: *Sat. 6. v. 290. conf. & Faber. tit. Collis.*

> *-- -- -- Proximus urbi*
> *Hannibal, & ſtantes Collina in turre mariti.*

Collinam enim turrim ibi vocat, quæ Collina porta. Hoc modo Virgilius quoque, poſtquam de Pandaro & Bitia dixit: *Æn. IX. v. 675.*

> *Portam, quæ ducis imperio commiſſa, recludunt.*

Eandem portam turrium nomine deſignans, paucis poſtea interjectis verbis ſubjungit: *v. 677.*

> *Ipſi intus dextra ac læva pro turribus adſtant.*

Nec minus Homerus de portis Scæis locutus, in quibus Ucalegon & Antenor ſedebant, eaſdem haud multo poſt turris vocabulo denotat, ſubjungens: *Iλ. γ. v.* 153.

> Τοῖοι ἄρα Τρώων ἡγήτορες ἧντ' ἐπὶ πύργῳ.

Idem quoque in ſacris literis factum obſervo. Nam porta gregis, etiam turris gregis, atque eadem porta filiæ Sion appellata, turris filiæ Sion dicitur. (12)

V. III. In portis habebantur conciones & orationes ſacræ, quod tam ex hactenus dictis, quam ex variis ſcripturæ locis (13) patet. Imo arbitratur Moncæjus, (14) Lothum judicandi atque concionandi gratia in porta verſatum eſſe ac multis ſermonibus delaſſatum ſediſſe; *Gen. XIX.* 1. ſed nos illiud in medio relinquimus. Porro inſtituebantur in portis laudationes publicæ tum Dei ejuſque beneficiorum, tum hominum utriuſque ſexus (15).

VI. IV. In portis habebantur civium conventus, & proponebantur ibidem ac diſcutiebantur omnia fere negotia foren-

sia, quæ bonum publicum concernere videbantur, uti patet ex filiorum Heth (16), Hemoris Sichemique ex Hevitarum gente (17), Israelitarum (18), ac Persarum (19) exemplis. Ut scriptorum profanorum testimonia taceam. Siquidem Homerus inter alios eleganter hac de re loquitur: Iλ. ζ. *v.* 78. *seq.*

-- -- -- ὄυνεχ' ἀρίστοι
Πᾶσαν ἐπ' ἰθύν ἐστε, μάχεσθαί τε φρονέειν τε
Στῆτ' αὐτȣ̃, καὶ λαὸν ἐρυκάκετε πρὸ πυλάων. κ. τ. λ.

Qua ratione nimirum rex David subsistens in porta civitatis allocutus est populum exeuntem in prælium & de salute Absolonis filii sui sollicite præcepit (20). Hinc etiam valvis portarum programmata, leges &c. affigi solebant.

VII. V. Sub portis causæ & lites dirimebantur, sententiæ ferebantur, rei sistebantur, accusabantur, testibus convincebantur, condemnabantur, scelerum pœna afficiebantur, ad supplicium tradebantur & judicia fiebant. Hæc erat palmaria res, cui portæ olim inserviebant, & unde interdum vocabantur domus judicii (21). Etenim necesse est, ut virtutibus statuantur præmia, vitiis vero supplicia & pœnæ. His duobus fulcris nititur omnino reipublicæ salus, teste Cic. in ep. ad Marc. Brut., imo juris natur. vigor. Id quod Borussorum Rex, Fridericus I., gloriosiss. memoriæ, satis accurate videtur perspexisse, dum symboli loco sibi hæc sumsit verba: *Suum cuique*. Rebus igitur suis quam optime consulebant istæ gentes, quæ judicia in portis exercebant. Non autem cogitandum est, ac si nulla omnino urbis porta judicibus & judiciis vacua fuisset relinquenda. Cum enim permultæ civitates plures habuerint portas, nequaquam tamen omnes tribunalia fuerunt & curiæ, sed ex omnibus una vel altera, prout necessitas aut civium multitudo postulabat, communi incolarum aut prudentiorum saltem consensu publicis negotiis destinata est. At vero probe observandum, nos in hac dissertat. nostra non tantum portas urbium in genere, sed & templorum aliorumque ædificiorum publicorum portas innuere (22).

VIII. Jam vero dispiciendum venit, quibus præcipue gentibus hic mos exercendi judicia in portis fuerit solennis. Primum agmen ducant Israelitæ, qui antiquitus judicia sua non exercebant in curiis vel certis huic rei destinatis palatiis, sed sub dio; nec enim videmus certorum dicasteriorum, qualia apud nos inveniuntur, in sacris literis fieri mentionem, quamdiu inter Judæos regimen Patriarchicum, Hegemonicum, Heroicum, quin & ex parte Monarchicum obtinuit, uti prolixe satis demonstrat Maimonides in הלכות סנהדרין passim. Subdialis iste locus tempore Patriarchici regiminis prope fontem fuisse videtur Reimero *Tr. de Rep. Hebr. sect.* 3. §. 1. ast merito refutatur ab Aug. Pfeiffero *loc. cit.* §. 3. Potius judicia a primis inde temporibus usque ad captivitatem Babyl. fere ab Ebræis tempore pacis & quietis publicæ (23) plerumque peragebantur in una vel altera ex portis singularum urbium (24). Notandum autem est, omnium civitatum decumanam (25) seu principalem maxime portam ob frequentiam populi nomine portæ בת--רבים seu בני--עם i. e. filiæ multitudinis vel filiorum populi (26) Ebræis vocari consuevisse. Atque probabile videtur, hanc ipsam portam in qualibet urbe præ ceteris loco curiæ judicialis vel fori fuisse; unde postea portæ judicialis vel judicii nomen sortita est. De judiciis in tali porta institutis Paul. Fagius ex Rabbinis sequentia profert: In qualibet civitate Israelitica erat synedrium sive senatus & consistorium parvum, quod secundum traditiones Talmudistarum constabat XXIII. sapientibus seu senioribus (27), eratque collocatum in porta civitatis, & in conspectu eorum sedebant tres ordines discipulorum sapientum, qui in locum judicum decedentium succedebant propinquiores; in qua vero civitate non erant CXX. patres familias, in ea non collocabatur synedrium ejusmodi, sed tantum tres Judices. Præterea quoque dicuntur duo scribæ seu λογόγραφοι coram Sanhedrin stetisse, inprimis circa ultima hujus reipublicæ tempora; unus ad dextram scribens verba eorum, qui dimittendum reum censebant; alter ad sinistram, excipiens verba eorum, qui damnandum judicabant: duo item præcones, duo qui judicio contendebant, duo ad minimum testes & duo eorum adversarii, atque duo collectores eleemosynarum (28). Qua ratione ab horum judicum judicio provocari potuerit ad judices superiores, Hierosolymitanos &c., ex Talmudistarum monumentis refert *Carol. Sigonius* (29).

IX. Hierosolymis (30), in amplissima illa urbe erant varia tribunalia & fora causis agendis destinata. Tempore judicum major ubique erat licentia. Institutis autem regibus, summum tribunal, scilicet regium, collocabatur in porta Batrabbim, cætera vero subalterna tri-

tribunalia ad alias minus celebres urbis portas relegabantur. In inferioribus hisce plebejorum populariumve judiciorum portis præcipuam fuisse eam arbitror, quæ Judicialis ex re & quasi κατ' ἐξοχὴν vocabatur (31); quo nomine reliquarum Judææ civitatum principales portæ censeri consueverant: non tamen & Hierosolymitana; Huic enim cum peculiariter supra ceteras hoc dignitatis contingeret, ut regis ea solius judicio ac sacro veluti consistorio deputaretur, populi judicia ad alias portas, ut dixi, & quidem ad eam, una cum nomine portæ Judicialis, relegata fuisse consentaneum est, quæ inter illas præcipua esset, ac portæ בת־רבים, uti dignitate, ita situ proxima, id quod elucet ex *Neh. III.* 1. 31. 32. (32). In summo regis tribunali, quod erat, ut diximus, in porta Batrabbim seu gregis (33), reges quum juris dicundi, tum de regno & rebus arduis consultandi, denique & concionandi causa conventus habere consueverunt (34). In quibuscumque vero portis judicia instituebantur, certus & determinatus locus conspiciebatur, ubi sub dio pro more ut plurimum judices considebant. De hujus consessus forma vel figura in priscis scriptorum monumentis relatum legimus, quod forum veluti dimidium rotundæ areæ fuerit, ut alter alterum posset intueri, id quod in medio relinquimus. Posita autem erant in loco judicii sedilia judicibus & regibus throni sive solia regia (35).

X. Sed quæ hactenus diximus, hoc se modo habuisse omnia intelligi oportet vetustissimis Judææ temporibus ab Abrahamo ad Salomonis ævum; condito enim a Salomone templo, atque in eo porticu, in qua tribunal regium & judicii præcipui sedes (36), & maxime conditis postea multis tota urbe Synagogis, vereor, ut frequentius vel semper (relicto duntaxat circa portas fori rerum venalium usu) populum in iis convenisse verosimilius sit (37), licet mos hic non plane expiraverit, uti prophetarum scripta testantur. Sequentibus temporibus aliter se res habebat. Omnium sermone celebratum est, inprimis tempore templi secundi, collegium seu Synedrium magnum, in quo deprehendebantur LXX. Seniores ex tribubus Israel, habebantque judicem aliquem supremum נשיא dictum. Et ætate gravissimus inter hos LXX. viros vocabatur אב בית דין, qui erat proximus a dextris τȣ Nasi vel ex aliorum, quæ minus probabilis videtur, sententia, idem cum illo. Quidam addunt חכם seu sapientem, qui inter doctores præcellebat & sedebat ad lævam principis (38). Interdum quoque pontifex suscipiebatur in synedrium, qui erat ראוי בחכמה si fides habenda est Rambam (39); aliter ad minimum res se habebat, cum apud pontifices postea summa rerum omnium potestas esset. Consedisse autem dicuntur σύνεδροι intra templum in atrio Israelis, in cœnaculo, quod vocant לשכת הגזית i. e. conclave cæsuræ propter cæsos lapides, quibus structum erat; at vero deinceps domicilium suum in varia loca pro temporis ratione transtulerunt (40). Quantum autem ad duo synedria XXIII. Senatorum, quæ in ditione Hierosolymitana reperiebantur; alterum habebat locum suum in porta orientali, per quam veniebant in atrium Israelis (41); alterum ex Judæorum mente sedebat in porta, quæ aditum aperiebat ad montem templi (42). Tantum de Judæorum more hoc in passu recepto.

XI. Succedunt Arabes, quibus etiam solenne fuit in portis judicia facere. Ceu de ipsis refert auctor *l.* 1. *Alc.* seu libri de generatione Mahomed & nutritura ejus (43). His adjungo consuetudinem judicandi in portis in urbe regia regni, quod Marocco plerumque appellatur, obviam, quam instituti nostri ratio jam prolixe commemorare vetat (44). Simile quid observamus in Abyssinis atque incolis ditionis Indostan, qui judicia sub dio & quidem prope portas exercebant (45). Pariter Bithyni tribunal soli expositum habebant, quoniam arbitrabantur, solem quasi Deum & præsidem judicii adesse in litibus decidendis & jure dicundo (46).

XII. Quod ad Trojanos attinet, seniores in portis sedebant ad judicandum. Sic enim de iis loquitur Homerus (47):

> Ουκαλέγων τε καὶ Αντήνωρ πεπνυμένω ἄμφω
> Εἵατο δημογέροντες ἐπὶ Σκαιῇσι πύλῃσι. κ. τ. λ.

Πυλαικῶν ejusmodi ὀχλαγωγῶν meminit quoque Plutarchus in vita Pyrrhi: ἐν ᾧ ἡ μὲν βȣλὴ ἐκάθετο ἐν τῇ ἀγορᾶς ϛοᾷ. Qui in fori porticu, non in curia sedent, prope est, ac si in porta sedissent, est epicrisis Dougtæi (48) Porro Virgilius de Didone loquens, canit *Æn. v.* 505. *seq.*

> *Tum foribus Divæ media testudine templi*
> *Septa armis solioque alte subnixa resedit.*
> *Jura dabat legesque viris* — — —

Plura jam supra adduximus.

XIII. Tota olim Græcia prope Thermopylas ſive Pylas in Theſſalia duabus vicibus quotannis, concilium inſtituebat ac Judicium Amphyctionicum ibi habebat (49). Spartani adhuc integro reipublicæ ſtatu conciones ſuas habebant ſub dio, & per γερυσίαν ſv. ſenatum judicia ſua exercebant. Cauſam allegat *Joh. Phil. Pfeiffer l. c. p.* 295. *ſeq.* Deinceps in foro conſultationes inſtituebantur, & ibi ædificabatur palatium *Scias* appellatum, teſte Pauſania *l.* 3. *ſive in Laconic. p.* 94. *edit. Wechel.* 1583. Inter cæteras Græciæ nationes Athenienſes maxime varia habebant tribunalia & judiciorum loca, de quibus conferri meretur *Joh. Phil. Pfeiffer l. c. p.* 241. *ſeqq.* & *Georg. Rittershuſius de Jure aſylorum cap.* 4. Duo nos tantum in præſenti obſervamus. In aliis celebre erat Heliæa tribunal, omnium fere maximum, ita dictum, quod in loco ſubdiali, & ſoli, qui Græc. ἥλιος dicitur, expoſitum eſſet &c. (50). Inprimis Areopagitæ judicia de cædibus ſub dio, & probabiliter ad portam curiæ ſuæ habebant (51). De Areopago, σεμνοτάτῳ πάντων δικαστηρίῳ evolvatur, præter Joh. Ph. Pfeifferum ſæpius allegatum, Dilherrus *loc. cit. T. I. pag.* 223. *ſeq. & T. II. p.* 284. *ſeqq.* Joach. Stephanus, *de Juriſdictione vet. Græcor. ap. Gronov. Th. Gr. Ant. T. VI. p.* 2685. Potterus, *in Archæologia Græc. paſſim.* Alexander, *l. all. l.* 2. *c.* 12. *p. m.* 352. *ſeq.* &, qui inſtar omnium eſſe poteſt, Joh. Meurſius (52). Præterea Græci in theatris conſultationes & judicia inſtituebant, quod teſtatur inter alios Dougræus lib. alleg. ex Frontino & Auſonio.

XIV. Jam pervenimus ad Romanos, quibus portæ erant ſanctæ, licet non ſacræ (53). Simile quid ritui noſtro apud eos in uſu fuiſſe colligendum videtur ex variis antiquitatum monumentis. Tria, inquit Feſtus, erant Romæ ſenacula, in quibus ſenatus haberi ſolitus eſt (54). Unum, ubi nunc eſt ædes Concordiæ inter Capitolium & forum, in quo ſolebant magiſtratus de R. P. cum ſenatoribus deliberare. Alterum circa ædem Bellonæ, in quo exterarum nationum legatis, quos in urbem admittere nolebant, Senatum dabant. Tertium ad portam Capænam (55), hodie D. Sebaſtiani portam appellatam, teſte Borrichio apud Grævium. *T. IV. p.* 1527. Quidam volunt, portam Fontinalem Romanorum eandem cum porta Capæna eſſe, quod quidem Juvenalis confirmare videtur, dum madidam vocat ipſam, ob vicinorum credo fontium & aquarum, quæ per eam forſan aſſidue in urbem inferebantur, adſperginem:

> *Subſtitit ad veteres arcus madidamque Capænam* (56).

Ubi alias Romani judicia ſua exercere conſueverint, & quaſnam conſuetudines habuerint cauſas agendi, colligere eſt ex Vitruvio, *Lib. V. c.* 1. Nic. Gruchio, (57) Famiano Nardino (58) Car. Sigonio, *de Judiciis l.* 2. *c.* 1. Franc. Robortello (59), Pancirollo, *lib. alleg. ap. Græv. T. III. p.* 352. Seneca (60) & Alexandro. *l.* 2. *c.* 12. *p. m.* 345. *ſeqq.* Hoc certum eſt, quod ſub dio plerumque judicia ſua habuerint, unde liberrimus eſſet cœli proſpectus. Id quod patet ex Val. Maximo *l.* 8. *c.* 1. *tit.* 6. Dœplero *l. c. P. I. c.* 1. & Jo. Dempſtero (61) aliiſque.

XV. Nec minus Germani olim feudalia ſub dio exercebant Judicia, ut & criminalia. Etiam Germanorum Imperatores in Italia inſtituentes comitia ſubdialia illam conſuetudinem ſervabant: *vid. Dœpler. p.* 5. *&* 24. Pariter Electores prope oppidum Lohnſteinium in finibus Rheni tempore Wenceslai Imperatoris judicium & conſultationem in campo inſtituebant, referente Henelio, *l. c. c.* 24. *p.* 198. *ubi plura*, qui ſimul etiam demonſtrat, Antwerpiæ olim judicia ſub dio peracta eſſe. De judiciis Gallorum in finibus Carnutum per Druidas inſtitutis, teſte C. J. Cæſare, *de B. G. lib.* 6. *c.* 13. in præſenti nihil commemorabo; de Polonorum vero comitiis ſubdialibus in ſeq. ſectione dicam.

XVI. Poſteaquam vidimus, quaſnam inter gentes ritus noſter vel plenario vel ex parte adhiberi conſueverit, jam paucis examinabimus, quis præcipue in portis judicia exercuerit. Paucis multa complectar. Seniores (62) non tantum annis, ſed etiam dignitate præcellentes aliis & ſapientiores conſiliiſque capiendis præ ceteris apti (63) negotia reipubl. adminiſtrabant vel ſoli vel cum rege aut principe, qui ſupremus judex erat (64). Ap. Romanos a primis temporibus Judicia a ſenatoribus agitata ſunt, *Sigon. l. c. p.* 457. Hinc presbyterium ſæpe κατ' ἐξοχὴν denotat officium judicis ap. Joſephum (65). Et Herodianus, *l.* 3. *c.* 14. ait; Septimium Severum Getam filium judiciis in Britannia præfeciſſe ac ei dediſſe Synedros ſeu aſſeſſores ex amicis presbyteris atque ſenioribus. Pari ratione Macedones, teſte Livio, *l. XLV. c.* 32. Senatores, quorum conſilio reſpublica adminiſtrabatur, Synedros vocabant. Apud Græcos denique, inprimis Chalcidenſium legi-

legibus requirebatur, ne quis infra L. annos natus vel magistratum ageret, vel legationem obiret, teste Heraclide Pontico apud Joh. Phil. Pfeifferum (66). Quænam autem personæ vel quænam res in portis dijudicatæ fuerint a senioribus istis, tum ex pandectis sacris, tum ex hactenus dictis jam satis constare arbitror (67). De tempore judiciis destinato non erimus solliciti; quantum ex antiquitatum scriptoribus colligere licet, matutinæ inprimis horæ hujusmodi negotiis impendebantur. Non autem facile judicium instituebatur diebus festis. Nos dum brevitati studemus, plura huic sectioni adjicere supersedemus, ulteriorem hujus nostri thematis deductionem occasioni & tempori magis opportuno reservantes.

NOTÆ IN SECTIONEM PRIOREM.

(1) *Unde fori nomen a grammaticis deducatur, videre est in Martini Lexic. Philol. tit. Forum. Johan. Schmidii, Argentor., dissert. de lege forensi §. 27. Varro. l. 1. de L. L. fol. 5. 6. ed. Paris. [illegible] Nomencl. philol. tit. forum, Hofmanni Lexic. univ. s. l. Heinrici diss. de Judiciis Hebr. p. 3. Rhodig. Lect. antiqu. p. m. 1557. sequ.*

(2) *v. Schill. l. c. & G. Pancirolli descriptio vet. Romæ in Græv. Thes. Ant. Rom. T. III. p. 352.*

(3) *v. L. Cappelli delin. templi Hieros. in T. IX. Critic. Angl. p. m. 3797.*

(4) *l. pupillus 239. §. territorium 8. ff. de V. S.*

(5) *v. Calvini Lexic. p. 383.*

(6) *Improprie quid portæ vocabulum importet, vide sis ap. Ravanell. Biblioth. sacr. tit. Porta; Suid. tit. πύλη. Petr. Berchor. Dictionar. Moral. T. 3. p. 883. seq. Schmid. l. c. §. 20. Rhodig. l. c. p. 551. seq. ed. Col. 1620. f. it. Flacii Clav. tit. porta p. m. 939. seq. Magnif. Rechenberg. Hierolex. suo loco.*

(7) *v. Fabr. l. all. tit. Porta, it. Schill. l. c. suo loco.*

(8) *Plura vid. in Franc. Moncæii Tract. de portis civit. Judææ p. 96. col. a., qui annexus reperitur ejus Bucolic. sacr. edit. Paris. 1587. 4to.*

(9) *Rationem hujus appellationis vid. apud Moncej. l. c. p. 99. seq. conf. & de ejusmodi plateis Esr. X. 9. item Heigel. diss. de portis veteris Hieros. passim.*

(10) *conf. Joh. Henr. Reitzii notas ad Thom. Goodvv. Mos. & Aaron. l. 2. c. 3. p. m. 187. & Fabr. l. c. tit. Porta.*

(11) *adeas quæso Matth. XVI. 18. & conf. Dilherr. Disputatt. acad. T. I. p. m. 93. & Ravanell. loc. cit. p. 646. seq.*

(12) *v. Moncej. l. c. p. 105. col. b. seq.*

(13) *e. g. Prov. I. 21. VIII. 3. Es. XXIX. 21. Jer. VII. 2. XVII. 19. XXVI. 10. XXXVI. 10.*

(14) *l. c. p. 103. seq. Ipsi contradicit Aug. Pfeiffer in Specim. Antiquit. sacr. Dec. I. posit. 2. §. 4.*

(15) *Ps. IX. 15. CVII. 32. Prov. XXXI. 23. conf. Monc. p. 105. Flacius l. c. p. 938.*

(16) *Gen. XXIII. 10. seq.*

(17) *Gen. XXXIV. 20.*

(18) *Deut. XXV. 7. Ruth. IV. Psalm. LXIX. 13. Prov. XXIV. 7. 1. Reg. XXII. Thren. V. 14. &c. conf. Aug. Pfeiff. l. c. §. 8. p. 37. Relandi antiq. Sac. P. I. p. m. 12. ac Fleury Tr. de Mœurs des Israelites P. II. c. 21. §. 3.*

(19) *Esth. II. 19. 21. IV. 2. 6. V. 2. v. Fleury l. c. §. 2.*

(20) *2. Sam. XVIII. 4. – 33. XIX. 9. Job. XXIX. 7. Prov. XIV. 19.*

(21) *Deut. XVI. 18. XXI. 19. 2. Sam. XV. 2. Job. V. 4. XXXI. 21. Psal. CXXVII. 5. Prov. XXII. 22. Am. V. 10. 12. 15. Zach. VIII. 16. conf. Olearii annot. bibl. ad Ruth. IV. it. Biermann & Strub. ad Zachar. l. c. Flacius l. c.*

(22) *Schmid. l. c. Lightfoot. descript. templi Hierosol. in Oper. T. I. p. 555. seq.*

(23) *de portis tempore belli apud plerasque gentes clausis agit Monc. l. c. p. 111. seq.*

(24) *v. Fleury l. c. §. 2. Isid. Clarius in Annot. ad Job. V. 4. Rodolph. Baynus ad Prov. XXII. 22. & Aug. Pfeiff. Pansoph. Mosaic. c. 12. p. 468.*

(25) *Monc. l. c. p. 94. seq.*

(26) *Cant. VII. 4. Jer. VII. XVII. 19.*

(27) *Joseph. Ant. Jud. l. IV. c. ult. §. 14. Clerc. comment. ad Deut. XVI. 18. Selden. de Synedriis vet. Hebr. P. II. c. 5. n. 1. seq. p. 221. seq. it. c. 6. tot. ed. Lond. 1653. 4to. Fleury l. c. Maimon* הלכות סנהדרין *c. 1. seq. in Opp. T. IV. ed. Amst. Observamus tantummodo, numerum a Rabbinis determinatum non semper locum habuisse, uti ex Ruth. IV. 2. seq. patet.*

(28) *Quænam negotia senatui XXIII. & III. virali dijudicare licuerit, docet Goodvv. l. c. l. V. cap. 4. §. 10. & Reitz. in notis ad h. l. Ludov. Dunte Cas. consc. decis. p. m. 806. seq. Schmid. l. c. §. 15. Fagius ad Deut. XVI. 18. Aug. Pfeiff. l. c. §. 9.*

(29) *tr. de R. E. l. VI. c. 6. p. m. 462. seq. conf. & Grot. ad Matth. V. Sam. Petit. Var. lection. cap. 5. Fleury l. a. §. 4. Selden. l. c. l. III. c. 2. tot. Lightf. Opp. T. I. p. 610.*

(30) *De hujus urbis nomine v. Joh. Nicolai not. ad Sigon. de R. E. l. 1. c. 7. p. m. 91. seq.*

(31) *v. Adrichom. theatr. terræ Sanct. p. 168. ed. Col. 1682.*

(32) *conf. Monc. l. c. p. 107. Adrichom. l. alleg. p. 162. Christoph. Heidmanni Palæstina c. 2. §. 96.*

(33) *de situ ejus vid. Monc. p. 96–99. & 112. ubi simul monstrat, quomodo id factum fuerit, quod Christus mercatores circa festum Paschatos e templo ejecerit, teste Joh. II. 13. seq. it. Adrichom. loc. cit. pag. 167.*

(34) *Luculenter hoc deduct. Monc. p. 108. 109.*

(35) *1. Reg. XXII. 10. Jer. I. 15. vid. & Aug. Pfeiff. l. c. §. 6. 7. Fleury l. c. Leideck. de R. E. P. I. p. 470.*

(36) *1. Reg. VII. 6. seq. it. Sigon. l. c. p. 518. seq.*

(37) *De more adventus Christi tempore vigente conf. Joh. XVIII. 20. & Joach. Hildebrand. Antiquit. sacr. p. m. 138. seq. it. Adrichom. l. c. p. 163.*

(38) *v. Reiz. ad Goodvv. l. V. c. 1. p. m. 436. Cunæus de R. E. l. 1. cap. 12. Coccej. ad Sanh. IV. 1. X. 1. 2.*

(39) *Sanh. XIV. 1. conf. & Lund. Jüd. Heiligth. l. 3. c. 13. seq. & Leidecker. l. c.*

(40) *De Synhedrio Magno plura nunc dicere aut pro ipsius defensione prolixe disserere non attinet; adeat, cui arridet Selden. tr. de Synhedriis vet. Hebr. passim, it. de successione c. 25. p. 365. Sigon. l. c. l. VI. c. 7. Dan. Heinrici l. c. Aug. Pfeiff. l. all. Fleury loc. cit. Lundun. l. c. c. 12. seq. Galatin. Arcan. cathol. verit. l. IV. c. 5. Lightf. Opp. T. I. p. 608. seq. An Synhed. Magn. div. sit originis, disquirit Wenner in diss. de Rep. Hebr. An a Mosis ævo duraverit, an vero Seleucidarum tempore demum institutum fuerit examinat Jo. Clericus, posterius affirmando, in dissert. de Synhedrio LXXII. viror. quæ annexa est commentariis ejus in libb. hist. V. T. conf. & Leidecker. de R. E. P. I. p. m. 467. seq. Witsii Misc. sacr. l. II. diss. 3. p. 550. cit. Majo in Colleg. MSC. ad Goodvv. Carpz. ad Schickard. cap. 1. Grotius contrarium tuetur in annot. ad Matth. V. 22. p. m. 171.*

(41) *pl. vid. ap. Lund. l. 2. c. 25. & l. 3. c. 18. L. Cappell. in delineat. templi Hieros. ex Josepho p. m. 3821. Ligtf. Opp. T. I. p. m. 555. 601. 602. 604. seq. Heigel. de portis Hierosol. post captiv.*

(42) *conf. Heinrici l. c. Jac. Dœpleri theatr. pœnar. supplicior. & executionum criminal. p. 9. seq. Hottinger. observ. in Goodvv. l. 2. c. 3. Cunæus l. c. c. 13.*

(43) *Relationem illam verbis germ. redditam vid. ap. Heinrici l. c.*

(44) *Dœpler l. c. p. 22. seq.*

(45) *Ibid. p. 20. & 24.*

(46) *v. Alexand. ab Al. G. D. l. 3. c. 5. p. m. 591. ed. Lugd. 1673. 8vo.*

(47) *Ιλ. γ. v. 148. seq. conf. & I. P. Pfeiffer. Ant. Gr. gent. p. 252.*

(48) *In analect. sacr. excurs. 73. p. 125. &c.*

(49) *conf. Celeb. Buddei allgem. Hist. Lexic. tit. Thermopylæ & Fabri libr. alleg. tit. Amphyctiones. Curt. l. III. 4.*

(50) Pfeiff.

(50) *Pfeiff. l. a. p. 247.*
(51) *v. Dœpler. l. c. pag. 13. ſeqq.*
(52) *in Themide Attica l. 1. cap. 20. ap. Gronov. T. V. pag. 1966. ſeqq. & præcipue in Areopago apud eund. loc. cit. p. 2065. ſeqq. conſ. & Henel. in otio Wratisl. c. 24. p. 197.*
(53) *Cauſam vid. apud Alexand. Donatum de Urbe Rom. l. 1. c. 4. in Græv. T. III. p. 484. & ap. Jac. Gutherium de vetere Jure pontificio l. 3. cap. 10. in Græv. T. V. p. 138.*
(54) *v. G. Pancirolli loc. cit. p. 35. Liv. lib. 23. c. 32. Jo. Sarius Zamoſcius de ſenatu Rom. ap. Græv. l. alleg. pag. 913. 914. Budd. hiſtor. Lexic. tit. Senaculum.*
(55) *de nomine hujus portæ vid. Nic. Bergierium de publ. & militar. viis l. 2. ſect. 33. in Græv. T. X. pag. 179.*
(56) *Sat. 3. v. 11. conf. Monc. l. c. p. 93. b.*
(57) *de Comitiis Rom. l. 1. cap. 5. & l. 2. c. 5. ap. Græv. T. I.*
(58) *in Roma vetere l. 3. c. 10. ap. Græv. T. IV. pag. 1021.*
(59) *de Judiciis & omni conſuetud. cauſas agendi ap. Rom. in Græv. T. III. p. 11. ſeqq.*
(60) *de Ira l. 2. c. 9. ubi trina fora commemorat.*
(61) *in Paralipp. ad Roſini Antiq. Rom. p. 725. vid. & Henel. l. c.*
(62) *Deut. XXI. 19. Prov. XXXI. 23. Thren. V. 14.*
(63) *v. Exod. XVIII. 21. Deuter. I. 13. 14. conſ. Goodvv. l. c. p. 461. ſeq. Seb. Munſter, Paul. Fagius & Hug. Grot. ad Deuter. XVI. 18. Leideck. l. c. cap. 10. ſeq. Fleury l. c. §. 1. 7. Sigon. de R. E. p. m. 458. ſeq. Joh. Phil. Pfeiff. l. c. l. 2. c. 33. p. 284. ſeq. Maimon. l. c. c. 2. Coccej. ad Sanh. c. X. n. 7. Alexand. ab Al. l. c. p. m. 606.*
(64) *1. Sam. VIII. 20. Jer. XXVI. 10. XXXVIII. 7.*
(65) *l. 2. contr. Appion. cit. Jo. Nicolai l. c. p. m. 449. ubi plura.*
(66) *l. c. l. 2. c. 49. p. 337. conſ. & diſſert. mea I. de fœderib. veterum per diſſect. animal. factis §. 5.*
(67) *An rex vel ſummus Pontifex ab ejuſmodi Judicibus dijudicari potuerit, examinat Leideck. l. c. cap. 10. ſeq. & Lund. l. all. lib. 3. c. 13. ſeq.*

SECTIO POSTERIOR.

Quæ potiorem diſſertationis partem conſtituere debebat, certas ob cauſas domeſticas anguſtis limitibus ac paucis periodis nunc erit circumſcribenda.

I. CAuſas ante omnia inveſtigare animus eſt, quæ moverint veteres ad forum in portis conſtituendum. Cenſet quidem B. Hieronymus, rationem fuiſſe, ne agricola ad cauſas veniens frequentia civitatis novoque terreretur aſpectu in juſtitia petenda, nec cogeretur cum damno ſuo urbes intrare &c. At vero hæc ratio minus firmo niti videtur talo. Nam, ſi ea valeret, in omnibus urbium portis habenda fuiſſent judicia, ne illi, qui ab altera urbis hujus vel illius parte domicilium ſuum collocaverant, univerſam urbem circumire cogerentur, aut nimis remota fori diſtantia ad vindictam privatam forte allicerentur, &c.

II. Sequentes potius cauſas, ad minimum plurimas, locum habere poſſe eſtiſtimo: 1. Gens Iſraelitarum pro norma hac in parte habebat mandatum divinum (1), cui morem gerere vel maxime decebat. 2. Prætera in portis fiebant judicia, ut judices cœlum intuentes in mentem ſibi revocarent omnipræſentiam Dei, quam ipſi gentiles ductu rationis agnoſcebant (2) quamque rex Joſaphat etiam Judicum a ſe conſtitutorum animis iterum iterumque inculcabat; &, ut ad tuendam juſtitiam hac ratione eo fortius vehementiuſque incitarentur. 3. Ut monerentur judices, ne quid facerent, cujus ipſos puderet, ſiquidem judicia omnibus audientibus ac videntibus faciebant; ſed promti ſemper eſſent ad rationem reddendam de ſententiis a ſe latis &c. 4. Ne corruptioni eſſet locus. Idcirco etiam judicia de cædibus ab Areopagitis ſub dio habebantur, uti ſupra monſtravimus, & judices hujus vel illius cauſæ ſtatim ſub auſpicio judicii eligebantur ſorte, adeo, ut non prius conſtaret, quinam Judices futuri eſſent, quam judicium caperet primordia (3). Et in Sinenſium judiciis nulli diſcedere licet, judicio nondum ad finem perducto, nec ulli in aurem alteri aliquid inſuſurrare conceditur, quo ſingula candide, juſte ac ſine dolo & fuco peragantur, cum judiciorum auctoritas & vigor hac re maxime nitatur (4). 5. ut juniores diſcere poſſent a ſenioribus, quomodo jus dicerent, & juſtitiam rite adminiſtrarent. Siquidem ſeniores gaudebant experientia, quæ in juſtitiæ adminiſtratione haud raro utramque facit paginam, præcipue ſi lites de conſuetudinibus vel ſtatutis arbitrariis oriantur, ubi præjudicia in conſiderationem veniunt. 6. Ut judices monerentur, ne ulli denegent acceſſum, ſed cuivis benevolas præbeant aures & ei quaſi obviam veniant, facileque ac ſine inutili mora ſingulorum cauſas definiant. Simul vero hac ratione veteres indigitare volebant, eos, qui populorum judices facti ſunt, eſſe debere promtiſſimos ad ſedandum quicquid exortum fuerit quæſtionis. 7. Ut judices eo facilius a populo reperirentur, & unicuique, imo etiam partibus litigantibus, quæ peregre veniebant ad metropolin in primis in promtu pateret locus juſtitiæ. Ea enim, quæ in promtu ſunt, ab Hebræis *in portis adeſſe* proverbiali ſermone dicuntur, teſte Jo. Ad. Oſiandro (5), atque in portis aliquid facere, eſt palam ac publice aliquid facere, probante Botſacco (6). 8. Ne pacem urbis intrinſecus frequens litigantium controverſia turbaret. Poterant enim novitatis inprimis ſtudioſi non adeo facile hac ratione a negotiis ſuis avocari, ad videndum, quænam cauſæ in foro agantur, aut quid novi accideret

deret ibi? 9. ut, si quis ex universo cœtu pro reo aliquid afferre posset, vel contra eum, id in medium proferret. 10. Ut cuilibet injustitiæ suspicio, quam alias de pio quoque magistratu facile sibi fingunt impii subjecti, adimeretur; & e contrario pateret 11., quanto studio veritas a judicibus in obscuris atque ambiguis etiam causis eruatur, quanta æquitas ac rectitudo in illis dijudicandis adhibeatur, quamque acerrimis pœnis scelerati homines afficiantur, & sic alii vestigiis improborum & pœnis affectorum territi eo magis a peccatis & criminibus abhorrerent, atque alieno periculo cauti redderentur. 12. Multis in locis rerum venalium forum juxta portas erat, atque hic vel ille actus judicialis universo populo eo facilius hac ratione innotescebat. 13. Eo major erat copia testium omni exceptione majorum ex ingredientium vel egredientium multitudine advocandorum atque accersendorum, ac siquis publice & in tot hominum præsentia factam stipulationem suam violaret, eo facilius eoque firmius de perfidia sua convinci poterat, quandoquidem tum temporis vel plane nihil vel paucissima saltem ex iis, quæ in judiciis erant peracta, literis consignabantur, teste Fleury, *l. c.* §. 4. 14. Ut agricolæ, qui inter Judæos inprimis magno numero versabantur, transeundo per portam judicialem audirent judicis sententiam, eaque audita ad labores & negotia sua sine mora possent progredi. 15. Portæ a priscis temporibus pro re sancta sunt habitæ, easque violare summum nefas fuit æstimatum, testante Jure Rom. (7) 16. Quum portæ erant loca munita & splendida; idcirco salus civitatis etiam optime ibi curari poterat, neque adeo omnibus introitus concedi. Est enim prudentis magistratus, si scopum suum in sufflaminandis vitiis attingere velit, ut principiis obstet atque fontes obstruat, unde plus mali promanare possit. 17. In portis, tanquam locis munitis, eo magis tuti erant judices ab insidiis malorum hominum, quorum gratia judices illis justitiam ex æquitatis amore pervertere aut corrumpere noluerunt. Sæpe enim insidiæ struuntur pio magistratui ab impiis & scelestis nebulonibus. In omnium memoria adhuc versatur conspiratio pulveraria an. 1605. in Britannia facta sub imperio Jacobi I. sed mirum in modum manifestata: cujus rei memoria quotannis d. 5. Novembris festo quodam eucharistico renovatur (8). 18. Eo ipso, quod in portis, ceu locis munitis, judicia habebantur, indicabatur, tum demum urbem fere munitam, tutam ac invincibilem esse, si justitia intra ipsius mœnia rite administretur. Omnia enim per justitiam consistunt. Id quod Sacra Scriptura in Psalmo 85. v. 11. seq. & in Proverbiis passim optime expressit. Idem etiam gentiles agnoverunt. Demosthenes inter alios inquit Or. 2. Olynth. Non fieri potest, Athenienses, ut per injuriam, perjuria & mendacia stabilis potentia comparetur. Hæc Ethnicus, &c.

III. Cum igitur exinde meridiano sole clarius eluceat, quod institutio judiciorum in portis laudem suam mereatur, merito nunc ventilandæ essent quæstiones; *partim*, cur hodierna luce consuetudo ista non amplius observetur? *partim*, annon hac tempestate necessaria & apprime utilis sit hujus moris observatio? *partim*, an commode adhuc nostris temporibus forum in portis constitui queat? &c. Ast limites, quos nobis constituimus in præsenti labore, prohibent, quominus jam quæstiones allatas explanare queamus.

IV. Umbram quasi vetustæ judicandi consuetudinis adhuc hodie animadvertimus variis in locis, ubi judicia publice & in conspectu totius populi habentur. Huc spectat Consistorium & Judicium Camerale Brandenburgicum, quod Berolini floret; quilibet ibi gaudet libero accessu, quo suis usurpare possit oculis, quæ illis in judiciis peragantur. Et in ditionibus nostris ultima sententia capitalis maleficis a magistratu secunda vice in præsentia totius civitatis & quidem plerumque sub dio profertur, imo sæpe tota caussa criminalis examinatur, paulo ante quam capite plectantur. Idque tam inter cives, quam inter milites locum habet. De Polonis narrat Martinus Cromerus, *judiciis comitialibus* habendis locum certum olim nullum, sed ea, ubi regi collibuerit, etiam sub dio & in tentoriis peracta fuisse; nec desunt etiam nunc huic genti comitia subdialia &c. (9). Silens prætereo Inquisitores Hisp., qui horrenda judicia sua publice in foro in theatro quodam instituere solent.

V. Ultimam potius huic labori manum impono, licet multa adhuc supersint addenda; prolixiorem deductionem hujus pariter ac aliarum ejusdem generis materiarum, quam primum fieri poterit, sub tit. Analect. bibl. D. A. exhibebo. Interea, B. L., hasce pagellas æqui bonique consulas, easque non Momi ad exemplum contempleris aut perlustres, sed ubi quædam in illis tibi displicent, in mentem tuam revoces, quod nullus hominum humani aliquid a se alienum putare debeat. Modeste & prudenter si

quæ

quæ monueris circa dissert., monita excipiam serena fronte, ac me tibi obstrictum profitebor.

VI. Denique cum a Jehova principium æque ac finis pendere debeat, grates persolvo Deo meo T. O. T. Q. M., quod providentia sua sapientissima & benignissima conatus meos adhuc fortunatos esse jusserit. Mihi in Domino Justitia est! Tibi Fons omnium bonorum perennis, porro vias meas commendatas volo, Tuamque gratiam, quæ totum hocce universum conservat, quæque melliflua & omnimoda suos perfundit benedictione, mihi expeto usque ad Finem.

NOTÆ IN SECT. POSTERIOREM.

(1) *Deut. XXI. 19. XXII. 15. XXV. 7. &c.*

(2) *vid. Henel. l. c.*

(3) *v. Pfeiff. l. c. p. 281. qui etiam rationem ulteriorem suppeditat, cur Græci de cædibus sub dio judicaverint, ne scilicet judices irent in locum eundem cum eis, qui impuras manus habebant; & ne actor homicidii atque reus sub eodem tecto essent, quemadmodum observavit Antiphon. in orat. de cæde Herculis.*

(4) *Dœpler. l. c. p. 25.*

(5) *Comment. ad Deut. XVI. conf. & Dieter. Antiquit. bibl. P. I. p. 189. a.*

(6) *Moral. Gedan. tit. Porta, it. Judex. Hinc etiam correptio in portis fieri solebat, quoniam ad omnium emendationem dirigebatur; Jam vero quod multis saluti esse debet, illud a multis agnoscatur necesse est. Vid. Franc. Lambert. in c. 5. Amos fol. 44. a. cit. Dieter. l. all.*

(7) *in §. 10. J. de rer. divis. conf. & L. 8. §. 1. it. L. 9. §. 3. π. de rer. div. ac supra §. 14.*

(8) *Zepper. Explanation. leg. Mosaic. l. V. c. 12. Er. Francisci* Geschicht- Kunst- und Sitten- Spiegel *l. 2. discurs. 2. p. 335.* Hübn. histor. Fragen *P. II. p. 955. seq.*

(9) *conf. Henel. l. all. p. 200. ubi plura.*